Otho 3^o clarus armis clarior: auctoritateq; clarissimus: qui post multa apud Mediolanē suū primū ducem fortissime gesta Bergomū et ac Brixia clarissimas vrbes in suā redegit potestate. easq; ciuitates sua liberalitate: et munificētia clarissimis edibus ac sacellis exornauit.

Malatesta vero tertius frater eisdem fratribus nulla ratione virtute inferior fuit. Eisdē quoq; successit. **R**obertus Malatesta: quez integra fides: precipua religio. incredibilis feruor: ac morū cōpositio beatus ac miraculis clarus effecit. Hinc etiā singulare monile: et preciosissima gēma Baptista emicuit: matrona certe pudicissima: que doctrina: ingenio et eloquētia nemini cessit. Ob cuius vntē et clarissimaz doctrinā. eruditissimi etiā oratores: vt pote Leonardus et Carolus Aretini et ceteri sui tēporis viri doctissimi tractus multos eidē tradider. Hinc et Sigismū dus Malatesta: q a patri s moribus aliq̄tuluz degeneras Romane ecclesie rebelis et infensus fuit: ppter quod Pius secundus pōtifex maximus oia pter Ariminum: et circūquaq; spatio triū miliū passuum abstulit. hoc aut anno q est. 1482. de fecit prestantissimus et in armis magnificus impator Robertus eiusdē Sigismū di ex pellice filius: q ai constantia et corpis roborē (vt infra dicēus) insignis fuit.

Bergius eius nois quartus papa post Joannē suffectus sedit ānis. 2. et mē sibus. 6. hic natiōe Ro. patre Martino ortus fuit. Vir sanctissime vite: grateq; cōuersationis: cuius tāta fuit prudētia: vt toto suo pōtificatu nil cōmissū sit: q merito reprobēdi possit. In deum enim omnem mentē conuertens (quod certe facere deberēt oēs pōtifices) oia bene et integre gubernabat. Pius enim cōsilio Italie principes cōposito federe: pellere e Sicilia sarracenos cōstituerūt. Unde et Gulielmus Tācredi magni Normādie ducis fili^o adiūnatibus Capano et Salētano principibus illos e Sicilia breui tēporis spatio expulit. His gestis cū Italia. et fere totus terrarum orbis fame ac peste laboraret Bergius vir sanctissim^o vita excessit. et in Petri tēplo sepult^o ē. Quo mortuo sedes vacauit dies. 8.

Henricus prim^o. 4^o germāoz ipator h^o āno ab electozib^o pdcis August^o de claratus imperauit annis. 19. et mē sibus. 5. hunc primū Bauarie ducem fuisse cōstat. virū vtiq; optimū atq; sanctissimū: vxorēq; habuisse: q neq̄q̄ mariti laudibus pietate: religioe: hūanitateq; cederet. Hic igit^o sm Gregozij pontificis institutionē Cesar et Augustus creatus aliq̄ diu in gallijs occupatus: suuz in italiā distulit aduētū. Cōpositisq; ibidē rebus Romā venit. et impij coronam ab Benedicto octauo accepit. Acceptaq; corona statim in Capuā a sarracenis occupatā mouit: quos etiā repentino impetu inde expulit. ac Lubagnanū grecorū ducē qui Mauris fauerat acerrimo bello adeo persecutus ē: vt euz quoq; Appulie finibus eiceret. Ita aut caste hic ac sancte cū vxore Simegūda vixit: vt vterq; i morte miraculis claruerit. Nā nil in vita pretermiserūt. qd ad honore dei p̄tinere cernerēt. Veniq; hic cū post multa bella in Bohemia: Hermāia: Italiaq; strenue gesta soli deo seruire veller. Bābergensē fūdauit epātū. et vxore Stephano Ungarie regi matrimonio collocata: migravit ad dominū: magno de se apud oēs relicto desyderio. Qui et post mortem multis miraculis claruit.

Gulielmus normanus cognomēto Ferrabac. Calabrie: et Apulie comes hoc anno diē obiit. hic primū cū Romandiola et Ethurie partē ab p̄re Tancredo milite generosissimo occupatā possideret audiēs Sarracenos Calabria et Apulīā puincias premere. Inuitatus a Michaele catbalaico impatore cōstantinopolitano vna cū capuano et Salernitano p̄cipibus et Malochio q p impatore ipsas puincias gubernabat: expeditionē in Sicilia sūpsit: pactioe cū impatore ipso adbita: vt quadri fariā oia capta diuiderent. Profect^o itaq; Gulielm^o cū pdictis ducibus pulsus ide Sarracenis. Sicilia oīo potit^o ē. Sed Malochus pdā ineqliter diuidēs Siciliaz p ipatore suo retinuit. Dissiūlauit illā iuriā Gulielm^o. Sed paulop^o traductis in Italiā copijs suis in Apulīā delatus: magnā illius partē sibi subiugauit. Qui vt sedē haberet i q suoz mulieres: puerosq; ac impedimēta oia tuta cōseruaret. Delpbim vrbe arduo et natura cōmunito loco edificauit. Quo audito Michael imperator: statim magnis p legatos ex grecia Siciliaq; atq; italiā gregatis exerci

Papa. 152

1004 9205

Henricus prim^o

1004 6205

1005

P

Henricus primus
 ribus in **H**uilielmū & **N**ormanos duci curauit. **C**ōmissioq; ingēti p̄lio apud **O**liuē
 tem **A**pulie oppidiū **H**uilielm^o cū suis supior victorq; euasit. & **A**pulie dominatuz
 accepit. **H**uic autem **H**uilielmo (vt dixim^o) **T**ancredus **N**ormanus miles p̄ fuit.
Vir generosi ai q apud **N**ormādiā galliaz puincia duodecim ex duabus vxorib^o
 genuit filios: vbi cū eozū sūptibus pōdere p̄meret. nouas q̄rere sedes constituit.
 fortunāq; meliorē: & opes meliores alio in loco viribus sibi & ingenio facere confi
 sus. **D**eferra **N**ormādiā in italiā perueniēs primū in **R**omādiola substitit: eoq; in
 loco cōsistens (sili) tāta & talia contra **S**alernitanū & alios principes gessere facino
 ra: vt eos uiros fortes: prestantissimosq; suo malo senserint omnes.

Drogo aut **H**uilielmi p̄dicti fr: siue ut alijs placet filius eidem in **A**pulie comitatu
 successit: contra quem impator grecus **D**elem ducē cum exercitu misit. & facto in
Brogonē ipetu pene ipso ipetu eū expulit. **S**ed statim istaurato exercitu: supatis
 grecis amissa recuperauit. **H**ic deniq; cum septem annis comitatum tenuisset: mo
 riens **H**otifredum fratrem habuit successorem.

Papa. 153

6206 1007

Benedictus eius nois octauus papa: post **S**ergiuū surrogatus sedit añif. ii.
 men. ii. & diebus. xi. natione qppe **T**usculanus p̄re **G**regorio fuit: qui oi
 bus in rebus **H**enrici cesaris defēsiōne ytebat. **S**z eo defūcto e sede pul
 sus ē. **V**erum inita postea cum inimicis concordia. pulsoq; adulterino p̄tifice: in
 vrbe cū dignitate regressus ē. **N**ec multo p^o morif. & in **P**etri basilica sepelitur.
Petrus quidem **A**manianus refert ep̄m quēdā die quadā vidisse in solitudine **B**e
 nedictū hūc papā equo nigro icedente: eūq; inter rogasse quid caue esset: cur mor
 tuus nigro ueheret equo: **R**espōdisse dicit: grauiter iquit torqueor. **Q**uibus di
 ctis: **B**enedictū boiem rogasse: vt pecunias quas ipse occultauerat suo noie pau
 peribus erogaret. **N**am que antea elemosynaz noie date fuerant nihil ei profue
 runt: quia ex rapinis erant. **F**ecit mandatum ep̄scopus: statimq; ep̄scopatu se ab
 dicans: monasticaz vitam complexus est.

1020

Ortho vrsinell^o. 28. venetoz dux ide mortui **P**etri germāi loco suffect^o ducavit añif
 19. virgde a puero magnaius: eloquetissimusq; ob cuius eloquetiā & magnam mi
 ratē p̄ter morē anno etatis sue decimo octauo dux & princeps p̄stitutus fuit. **C**ui^o
 virtute & industria ferūt **S**arracenos **B**arū **A**pulie oppidiū obsidētes interfectos
 fuisse. ac oppidiū ea victoria obsidione liberatū. **E**o cōfecto bello: euz statuisset die
 rosolyne laboranti contra **T**urcos auxilio esse **A**drienses hostes eum detinere.
Quamobrē indignatus **O**rtho oēm vim exercitus sui in eos vertit. **E**tq; ap̄ **L**au
 retum tāta eos clade perdomuit: vt dies ille vltius ciuitati visus fuerit. **U**nde nec
 postea **A**drienses amplius finitimis bellū inferre ausi sūt. **H**ic autē ex senatus con
 sulto: **S**radū ciuitate a **P**epo **A**quiliensi patriarcha nuperrime dolo captaz & de
 structā restituit & instaurauit. **V**erūtāmē ano maḡfatus sui sextodecimo (exigentī
 bus forte demeritis suis) exilio p̄petuo apud **C**onstantinopolim dānatus ē.

¶ Prodigia multa.

1012

Luna hoc anno in sanguinem versa ē. & terremotus fuit magnus. **I**n super & facula
 ardēs instar turris cū magno fragore decidit. **M**are quoq; littus egrediens com
 plurimas submersit vrbes. **Q**uibus malis cōsest: m in **I**talia. & in toto terrarū or
 be valida fames subsecuta ē. **P**auloq; post in **I**talia tāta peste laboratum ē: vt plu
 res mortuiq; superstites h̄renē. **Q**uā quidē calamitatē in **L**othoringia gallie p̄
 uincia fons saluberrime aque: tum in sanguinem versus indicauit.

1015

Hierusalē ciuitas sancta hoc anno a turcis: sarracenisq; direpto domini sepulchro
 capit: qui tēplū montis syon & **B**etbleem violātes mabumeteē spurcitie dedica
 uere. **V**erū postmodū anno salutis nostre millesimo quadragesimo nouo **L**eone
 eius nois nono p̄pontifice procurate. **C**onstantinopolitanus imperator: id domini
 cum sepulchrum diruptum restiui fecit.

Silla regina matrona siquidē scissima **H**enrici **C**esaris soror: & **S**tephāi panonū
 regis vxor: de qua dictū est: hisdem tēporibus adiunante **A**lberto pragensi ep̄o.
 primo **S**tephanū regem virum suum post oēs regni sui populos **C**hristi fidem su
 scipere fecit. **E**rat quippe regia bec pietate: innocentia: benignitate: religioe: ḡ

et hospitalitate adeo insignis ut post mortem crebris claruerit miraculis. et inter sanctas sit relata.

Conradus natione Suenus quintus germanorum imperator hoc anno ben-
nio post Henrici morte in eius locum legitimis suffragiis post multas con-
tentione Augustus et imperator creatus imperavit interregno supputa-
to annos 30. Vir certe in re militari p[ro]stas: qui apud Henricum imperatorem diu militie
dux fuit: cum quo etiam multa bella strenue gessit. hic ubi magistratum inuiti coactis p[ro]
pere copijs in Italia descendit. et in Helyprandum mediolanensem principem duxit
qui Mediolanum et reliquas Lombardie ciuitates ab impio deficere percurat. Ne-
mens itaque Conradus cum valido exercitu Mediolanum obsedit: suburbiaque incen-
dit eo animo ut urbem quoque yniuersam sibi rebellem igne cremaret. Sed virtute et
magnanimitate Helyprandi. necnon et hortatu coloniensis antistitis id ei suadentis
obsidione soluit: et inde recessit: cum ille intra missarum solennia beatum Ambrosium
urbem et populos tuentem vidisset. Romam itaque profectus a Joanne pontifice imperij
corona coronatus est. Qua accepta in scylos et vngarosque strati ducit. ac eos breui
perdomuit. Quibus felicissime gestis nonnullas et quidem peruitiles tulit leges: iter
quas hec vna fuit: ut quicumque princeps pacem infringere tetasset capitis pena plecte-
retur. Hac ratione motus Lapolduz quendam germanie comitem acerrime persecu-
tus est: quod ab eo turbandi otij et quietis initium ortum fuerat. Qui sibi canes cum vxore
et liberis in solitudine confugit: ubi et diu p[ro]timore incognitus diluit. Nuncios pre-
terea misit qui grecis et normanis inter se de regno Apulie concertantibus ab ar-
mis discedere imparent. Romanis quoque excidium interminatus est: si diutius quead-
modum ceperant pontifices Romae seditionibus vexarent.

1011 620

Iannes vigesimus papa Benedicto suffectus sedit annis 9. et diebus 9.
hic patria Romae. patre Gregorio portuensi episcopo natus: nullis iniuriis sacra-
mentis pontificum munus suscepit: que postea romae seditionibus et aptis
plurimum vexauere. Sed Coradi Cesaris auctoritate et potentia liberatus fu-
it. Cuius quidem vita mirifice ab omnibus laudatur. Post huius autem mortem Ro-
mana sedes vacauit dies 8.

Papa. 14

1012 621

Helyprandus Facij Anglerie Comarchi filius hoc anno patre ipso humanis rebus
exempto ex totius senatus populique consensu Mediolanensium regni habenas susce-
pit: eoque in principatu vixit annis 32. Vir quidem eo consilio atque ea virtute prudentis-
simus: ut in toto italie orbe ei par non repiretur: qui cum maxime in singulari certa-
mine oblectaret: fortissimos etiam propugnatores sepe numero deuincebat. Que cum
Coradus post multa ab eo facinorosa strenue gesta intuitus fuisset: ipsum ingenio dexte-
raque plurimum valere adiudicauit. et a Stephano panonum rege aliquando interroga-
tus: quale fore Helyprandum mediolanensem putaret. Vellez (int[er]dum) ferax scia rei
militaris et virtute corporis seculi h[ab]em[us] ut aliquos helyprando non ex iuria p[ro]feri pos-
sem[us]. hic igitur helyprandus cum Mediolano: multisque urbibus imparet. ac tum rei militaris sci-
entia quam tum regni magnitudine ante alios haberet: effecit (ut ita dixerim) totius or-
bis reges in se vno oculos conciteret. huic autem Coradus Cesar bellum implacabi-
le indixit. et contra eum omnes confines regulos concitauit. Sed postquam Mediola-
num diu Conradus obsidisset. Banerium quendam necessarium suorum mire magnitu-
dinis ac fortitudinis virum: quem quasi Achille: aut hectori omnes helyprandi copias
aspirantur sperarent: contra eundem helyprandum accersiuit. Cum hoc tandem
helyprandus communi decreto singulari certamine extra Mediolanum pugna-
uit: atque post longa duraque certamina ipsum Banerium gygatem helyprandus p[er] me-
dias pectoris crates perforauit. Cuius eo vulnere ex equo lapsus fuisset: cõsestim
ipsum ruentem interceptit: ac proprio gladio iugulauit. Post cuius ruinam Conradus im-
perator die secunda cum lacrymis et Mediolanensium fimbis: cum omni exercitu
p[ro]fugit. Soluta itaque obsidione helyprandus contra confines regulos: quos cum
Conrado Cesare contra eum consensisse constabat arma commouit. Sed oibus
veniam perentibus: ipse (ut erat animo pius) benigne suscepit. Tandem vero Con-
rado Cesare mortuo: helyprandus cum contra Henricum imperatorem eius succes-

1013

p. 2

Conradus

forem in germaniã profecturus eēt febribus consumptus interiit. Quo mortuo humatus ē cū maximis vulgi lachrymis. ⁊ patrie pater appellatus est: quē m̄res per annum planxerunt.

Genealogia Vicecomitum Anglerie.

Belyprandus itaq; hic Anglerie comes: **Mediolanicus** princeps **Facius** (vt diximus) patrē habuit. Anglerie comarchum. Cui **Facio** (sicut **Mediolanicum** chronice habent) p̄ fuit **Opizzo** vir bellice rei pitissimus: qui sub **Dibone** primo feliciter militauit. **Opizzo** autē pater fuit **Atto** totius **Italie** generalis imperator. Cui⁹ pater **Adibertus** fuit. Qui fuit **Berengarij**. Qui fuit **Egoni**. Qui fuit **Berengarij**. Qui fuit **Guidonis**: cui⁹ innumera magnifice gesta ap̄ clarissimos scriptores comperiunt: licet ad manus nostras nō peruenerint. Hic satus a **Bernardo** Anglerie comarcho: patres habuit regē. **Belyderij** autem pater **Aistulphus**: qui fuit **Rachi**: qui fuit **Peridei**: qui fuit **Bualuagni** Anglerie comitis. hi oēs p̄pere persepe gesserunt. ⁊ tamen ab alienigenis multis cladibus afflicti: etiam ab ipsis Anglerie comitibus fuere.

Angleriam autem ciuitatem fuisse constat. ⁊ a **Mediolano** longe miliario quadragesimo in **Ripis** verbanī lacī in altis montibus. ⁊ in p̄ruptis rupibus magna ex parte inaccessibilibus sitam nēo dubitat. Quam quidem ciuitatē post troianaz cladem quidā **Troianorum** princeps profugus nomine **Anglus** condidit. ⁊ a se Angleram noiauit. eā siquidem populosam ⁊ amplam: vt ex eius ruinis conici p̄t fuisse videtur. Hanc quippe gotbi funditus euertere. ⁊ nec postea vniq; coaluit. De qua **Stephanardus** chronicus his versibus sic loquitur: dicens.

Anglerie vicina lacu munitur ⁊ arcis

Presidium: ligures hec quam tenere coloni

Urbs antiqua fuit: antiquis dñi uta bellis

Ipsa redacta solo: pauca contenta colono

Mobilitatis habens p̄isce vestigia seruat.

Delubra que reficit prope menia sparsa per agros.

Hortibus est vllis vix expugnabile castrum. Eoq; loci adhuc castellū in tumulo positus est: quod nostris adhuc tēporibus **Vicecomites** **Mediolanenses** summa cum diligentia custodiunt. Et subest adhuc burgum non ignobile.

Anglerie reges.

Anglus itaq; iunior: **Angli** eius conditoris filius: vrbe a patre condita in ea primus regnauit. Cui **Abida** successit. Deinde **Phisoch** rex post quē **Philus** eius filius: q genuit **Punecium** regem. **Punecius** autem **Elimach**. **Elimach** vero **Albanicus**. **Albanicus** autem **Sembundum**. **Sembundus** **Albanicum** alium: sub quo **Romulus** vrbem **Romā** condidit. Post **Albanicum** autem regnauit **Ascanius**: quo tempore **Ruma** **Pompilius** Romanis imperauit. **Ascanius** autem genuit **Salemundum** regem: qui **Tusciam** suo adiecit imperio. Post quem **Elimach** secundus regnauit **mediolanensibus** ⁊ **Etrurie** regnis: qui genuit **Rachium**. **Rachius** autem rex genuit **Belouesum**: qui multis instructus militibus: tanta virtute pugnavit: vt ad postremū totius ferme **Italie** regno potitus sit. Quo in regno **Briginus** eius filius successit: qui genuit **Brunifedus** regem: qui animi virtute contra gallos: Romanosq; congressus victor gloriosus euasit. **Brunifedus** autem **Salarandum** genuit. **Salarandum** vero **Bridomarius**. **Bridomarius** autem **Luciū**: quo tempore magnus **Pompeius** ⁊ **Julius** **Cesar** ciuile bellum gessere. Sub hoc regium dyadema Anglerie. ac **Mediolanensiu** regibus cessauit. **Eber tinus** diende ex Anglerie familia surrexit vir viribus fortis: qui ingentem draconem apud **Mediolanum** populo spectante claua solus interfecit: post quem **Maximus** apud **Mediolanum** magistratum sucepit. **Maximus** autem genuit **Dilonem** **Atletham** illustres: qui supra humanas vires fecisse dicitur. **Crotonensi** **Diloni** persimilis: qui **Taurum** in olympico certamine ictu nude dextre occidisse traditur. ⁊ per stadium in bumeris sine fatigatione portasse: totumq; die quo illū mactauerat comedisse. Nec vereor hūc asserē fuisse: de quo **Valerius** de mortib⁹

Conradus

non vulgaribus meminit. **Edo** & **Sellius** noctium **Atticarum** libro decimo octavo affirmat: dicens ipsū demum exitum habuisse miserandum: post quez eius filius **Rolandus** surrexit: virtute & fortitudine p̄ri equalis. nec **Rolādo** palatino inferior: q̄ apud **Angleriam** oppidū suum pugnacissimam arcem struxit. & puteum profundissimū effodit: qui nunc vsq; **Rolādi** magni puteus nūcupatur. Post hunc **Abedio** lanenses & **Anglerie** **Comites** substriter: vsq; ad **Sualuagnū** **Anglerie** **Comitem**: & **Mediolani** principem. De quo in genealogia huiusce familie paulo ante diximus.

Petrus ex gēte **gradeniga** familia nobili natus: hoc āno bonis omnium suffragijs vigesimū nonus **venetorum** dux creatus ducavit ānis q̄tuor. De quo nil memoria dignum habere potuimus: Sed quarto ducatus sui āno seditione orta ducatu deicitur. Et **Cōstantinopoli** in monasterio tāquam in carcere perpetuo damnatur exilio.

Orsus autem **gradensis** patriarcha **Petro** magistratu abiecto hoc āno populo assēciente trigēsimus dux surrogatus ducavit āno vno: qui licet a priore vita nequaquā declinaret: vr̄te tamen cōsciētia: sciens neminem posse duobus dominis seruire: euoluto āno: cōgregato ceto: sponte magistratu sese abdicauit.

Henricus superioris **Roberti** filius filij **Ugonis** magni. hoc āno post patrem **Francis** regnare cepit. & regnavit annis triginta: De quo nil memoria dignum habemus.

Rominicus vr̄sculus hoc āno patriarcha ducatu se abdicāte: adeo ducatus dignitatem exoptavit: vt nil ambitione & frande pretermiserit: quod ad eam rem cōsequendam pertinere arbitrabatur. Unde & his artibus etiam per arma ducatum obtinuit: & trigēsimū primū **venetorum** dux cōstitutus tertio die **Rauenā** metu populi cōfugit: vbi panlo post morbo contracto vitam finiuit.

Rominicus **gradenigo** vir senex & fere decrepitus: eo ipso āno quasi euoluto **Ursculo** pulso: bonorum omnium suffragijs trigēsimū secundus dux **venetorum** creatus ducavit ānis decem: & mēsisbus q̄tuor: princeps sane grauis ac sapientissimus. Qui omnium consensu magnam synodum in vr̄be indixit. & cōuocauit: vbi cōstitutum fuit: ne quis **venetorum** dux sibi consortem: aut ducatus successorem: nec facere presumeret: aut fieri permetteret. Videbat enim veteranus & sapientissimus princeps iam vnumquēq; factiosum: & prepotētem eo deuenisse: vt corruptus suffragijs tātam dignitatem in senatu obtinere velle. Obiens tādem bona senectute in **Sacharie** monasterio sepelitur.

Benedictus eius nois nonus papa natiōe **Tusculanus**: patre **Albrico** **Benedicti** octauū nepos **Joāni** successus: sedit ānis decem: mēsisbus quattuor: & diebus nouem. Hūc **Romani** tāquam ignauium: & nullius precij virum e sede deiecerunt. Vt vsq; loco **Joānem** **Sabinum** episcopum sufficiunt. & **Siluestrum** tertium appellant. Quo post nouem & quadraginta dies pulso denuo **Benedictus** restituitur. Is autem post mēsem & dies viginti vnum: cum cerneret se iterum subiturum eadem discrimina **Joāni** archidiacono facti **Joannis** ad portam latinam: qui postea **Gregorius** sextus est appellatus: pontificium munus vel vendidit: vel permisit. Hūc ob rem **Benedictus** merito ab omnibus est accusatus & diuino iudicio damnatus. Nam post mortem eius cuidam ipse **Benedictus** monstruosus apparuit: a quo interrogatus cur tā horridus & deformis videretur? Quia (inquit) In vita sine legeratione vixi. Ideo volente deo & beato **Petro** apostolo: cuius sedem oibus probis infeci. Imago mea plus feritatis & bestialitatis habet q̄ humanitatis.

Haimericus **Ungarorum** rex **Stephani** regis ex **Billa** filius his temporibus vna cū sponsa sua virgo existens migravit ad dominum: qui propter frequentata eius miracula sanctus habitus est.

Serardus patricius **venetus** **panonum** episcopus. vir utiq; optimus atq; doctissimus. hisdem etiam temporibus martyrium ab hostibus christiane religionis egit

1026

1030

1031

Papa. 155

Conradus

simo pertulit animo. Nam ferunt hunc sanctissimum pontificem ad curram ligatum ex altissimo more in preceps datum et laceratum fuisse.

1034 Rodolphus ultimus Burgundionum rex: cum annis multis regnasset hoc anno euz plurimas suorum seditiones compressisset. nec tamen quietem nasci posset: Conradi imperatoris fidei se promittens regnum illi Burgundionum submitit. Quod quidem imperator in provinciam redegit. Et Burgundia postmodum longo tempore imperialis dicta est.

1038 Andreas Stephani regis secundus filius panonum rex hoc anno senio iam confectus assentiente Bebla eius fratre Salonem filium regem facit. Qui statim Andrea patre mortuo a Ladislao Beble filio regno pellitur.

Comitus: alias Cuius Anglorum rex per id tempus voti et religionis gratia Romam profectus: qui voti compos effectus: statim in patriam redijt. et filiam suam Henrico Coradi filio in matrimonium locavit.

Viri doctrinis excellentes.

Campantus insignis doctor: maximusq; astronomus. hac tempestate in precio fuit: qui nonnulla accuratissime scripsit. et errorem aliquatulum in Ptolemei astronomi calculatione inuenit: videlicet quo ad lune motum. ac in nonnullis alijs.

Guido Aretinus celeberrimi nominis musicus hoc tempore claruit: qui canendi modum in sacris meliusculum: videlicet per flexuras digitorum notas dinumerando reddidit.

6238 1039

Henricus eius nominis secundus Conradi filius: siue ut alijs placet gener sextus germanorum imperator: post Conradum Cesar et Augustus electus imperauit annis decem et septem. Qui assumpto imperio magnus comparans exercitum statim aduersus Oidericum Bohemorum regem dubio Marte pugnavit. Repetito deinde altero anno certamine: Oidericum prelio superauit: cepitq; et sibi tributarium factum incolumem dimisit. Moues deinde in Ungaros inter se de regno dissidentes Salonem a Ladislao pulsum in regnum restituit. Postmodum cum multi pro pontificatu contenderent. Romam cum magno exercitu ad componendam pacem venit. Ubi synodo congregata Benedictus nonus. Siluestri tertius. et Gregorius sextus abdicare se pontificatu coegit. Sindegericus Bambergensem episcopum et Clemens secundus dictus est: creauit: a quo et mox imperij coronam accepit. Quo facto Romanos in verba sua iuram copulit: ut de cetero pontifici electioni nequaquam se inter futuros: nisi de mandato imperatoris id facere cogeretur. Dispositis hoc modo rebus. Capuam proficiscens: multos milites secum aduexit: qui Sarracenis regioni infestis resisterent. Atq; inde in Germaniam regressus ibidem templum celeberrimum in honorem beati Georgij martyris Bambergi condidit. Quod cum cuperet in cathedralem Basilicam consecrari annuente Benedicto octauo singulis annis ipsam ecclesiam daturam Romano pontifici centum argenti marchas cum vno equo phalerato repromisit. Quod quidem donum Leo nonus postea ab imperatore accipiens: ipsi Bambergensi ecclesie tributum remisit. Vincentius autem gallus: et Martinus scriptores de huius Henrici ortu miraculoso: diuinaq; promotione: historiam admiratione dignam composuerunt: quam si credimus. Mirabilis profecto deus in omnibus opibus suis.

Papa. 156

Siluester eius nominis tertius papa: patre Laurentio Romano natus in locum Benedicti expulsi surrogatus non nisi sex et quinquaginta diebus pontificatu mansit: quia post quinquagesimum sextum diem Benedictus factione suorum restitutus fuit. Eo enim tunc pontificatu venerat: ut qui plus largitione et ambitione valeret: is tantummodo gradum obtineret. Sic primo Sabinus cardinalis fuerat. Et (ut ferunt) largitionibus contra Benedictum pontifex creatus est. Sed quia non per ostium in ouile ouium intravit. Ideo ut fur et latro merito pulsus est. et Benedictus denuo restitutus. Ac sic omnia in tumultu existentia: modo vnum: modo alium Romani appetebant.

Henricus

Papa 157

Gregorius sextus papa sedit in scismate annis duobus: et mensibus 3. hic autem in ecclesia sancti Joannis ad portam latinam Archidiaconus existens: pontificatus (ut dictum est) a Benedicto nono accepit. Quibus Henricus Cesar habita synodo: et Benedictum nonum. Siluestrumque tertium. ac hunc Gregorium abdicare se pontificatu coegit. et bene de ecclesia dei meritum fuisse dicit: cum sedem apostolicam labefactam sua virtute et animi magnitudine restituerit: quia latrones et stolicam labefactam sua virtute et animi magnitudine restituerit: quia latrones et medio sustulit. et ecclesie ditionem recuperavit: prius tamen execrationibus et interditiis admittos. post vi et armis demittos. Hanc obrem a multis homicida et sanguinis hauriens appetitissimus hitus est. necnon a cardinalibus facinorosus predicatus: propter quod in egritudine constitutus: qua et mortuus est. Gregorius hic cardinales omnes ad se vocavit: eosque verbis et rationibus castigavit: id se in se fecisse retulit: quod ipsi livore iniquitatis et crudelitatis fecisse reprehendebant. Et ut me verum dixisse scire possitis: inquit. Cum mortuus fuero corpus meum ante fores ecclesie sistite rectis obseratas. Si porte nutu divino aperietur: me dignum christiana sepultura censetote. Similiter corpus meum una cum anima damnatum: quo rolueritis eicitote. Mortuo itaque pontifice: cardinales mandata ipsius fecerunt: et cohorto statim grati uento: porte aperte sunt. corpusque eius admiratione omnium et magne sanctitatis opinione introlatum est.

1039 638

Clemens eius nominis secundus papa Bambergensis episcopus Sindagerus a terra vocatus: viventibus adhuc Gregorio: Silvestro: ac Benedicto pontificibus. Henrico Cesare imperatore ac iubente in synodo (delectis alijs) pontifex creatus sedit mensibus 9. et diebus 7. Nec post eius sedes vacavit: quia illo vivente Damasus in pontificatu successit: quem tamen Augusti iussu creatum Romam veneno e medio sustulere.

Papa 158

1049 640

Damasus igitur papa natione Banarne: nullo populi clerique consensu pontificatum occupavit: sed itaque diebus 23. Adde enim hec corruptela inoleverat: ut cuiusque ambitioso liceret: Petri sedem occupare. Sed deus multum ambrosiose in ceterorum exemplum obstitit: quia tertio et vigesimo pontificatus sui immo tyrannidis sue die mortuus est.

Papa 159

Dominicus trigessimus tertius veneratorum dux: ex nobili Contarena familia ortus hoc anno in dominici demortui ducis loco successit: ducantur annis 25. et mensibus 9. hic autem ex senatus iussu Gradus civitatem a Pepo Aquilensi patriarcha iuper auctoritate et consensu Benedicti pontificis captam atque spoliatam et dirutam eiusdem etiam pontificis auctoritate eadem instauravit. Huius autem prudentia copertum habemus in toto sui ducatus tempore nil contra senatum venientum: remque publicam suam molitum fuisse. Hic etiam inter cetera sue virtutis et pietatis opera in aedem sancti Angeli in urbe et propinquo loco in litore maris monasterium sancti Nicolai. In quo tandem plenus dierum sepeliri voluit.

1042

Hoc eius nominis nonus papa natione alemanus post Damasum pontifex successit: sedit annis 5. mensibus 2. et diebus 6. Mortuo enim Damaso pontifice Romani ad imperatorem usque in Saxoniam miserunt: rogantes sibi optimum pontificem dari. Quibus fratrem Haunonem episcopum Tullensem virum bonum et simplicem obtulit. Qui cum Romam per Veientium civitatem in pontificali habitu peteret Abbas Cluniacensis. et Ildebrandus monachus. Suava Etrusca urbe oriundus forte obvenerunt. Qui eum veluti Apostatam corripientes suaserunt: ut papalia ornamenta omnino deponeret ab imperatore non habente potestatem concessa. Eumque peregrini habitu indutum Romam duxere. Qui ad cardinalium: clericorum ac populi conspectum perductus: se velut incautum accusavit: qui paruerit imperatori. Rogavitque ne Petri sedem diutius vacare sinerent. Clerus autem Ildebrando monacho suadente: Haunonem ipsum in pontificem elegit Leonem nonum vocatum. Qui Ildebrandum monachum et diaconum ilico cardinalem creavit. Hic certe fuit vir pietate: innocentia: benignitate: gratia

Papa 160

1049 9248

Henricus

et hospitalitate adeo insignis: ut eius domus semper pegrinis et pauperibus patnerit. Quia ex re contigit semel ante fores suas leprosum pauperem inuenire: quem pro misericordia collocari in lecto suo mandauit. Adhuc facta nusquam pauperem inuentum fuisse. Unde creditum fuit Christum illum fuisse: qui pauperis nomine eo loco recubuit. In rebus preterea ad religionem pertinentibus tanta diligentia usus est: ut mandauerit clericorum domicilia iuxta templa construere: sicut habemus in canone. i. q. i. c. necessaria. Vnde denique auctoritatis et reuerentie: ut pro ceteris pontificibus suis monitionibus constantinopolitanum imperatorem impulerit: sepulchrum domini a barbaris iam septem et triginta annis disruptum restituere. Adhuc autem miraculis clarus: et apud sanctum Petrum sepelitur.

Viri disciplinis excellentes.

Ego rluiniacensis abbas vir preter doctrinam genere: pietate: religione: clementiaque insignis: hoc tempore in **Dilonis** abbatis loco substitutus nonnulla percipit eruditione digna.

Lafrancus eximius doctor natione papiensis **Anselmi** doctoris preceptor: his de temporibus in galliis insignis fuit. Qui cum apud **Parisi** legendo: scribendo: disputandoque clarissimus haberetur: scholis abrenunciatis ad propria remeavit: ubi et maxima cum humilitate quoad vixit: deo tanquam **Heremita** seruiuit. Hic pro ceteris simillarum librum contra **Herengarium** composuit. et alia multa edidit.

Herengarius autem natione **Toronensis**: **Andeganensis** archidiaconus per hec tempora cum diu sanctitate et doctrina insignis fuisset: ob doctrine sue amplitudinem pro confusus in **Eucharistie** sacramento turpiter errauit. Postea vero diuina illustrata gratia errorem suum publico concilio **Vercellis** habito emendauit: ut habemus in decretis de conse. di. 2. c. **Ego Herengarius**. Emendatione facta: statim sophisticæ discipline studio omisso: primo omnia pauperibus erogauit. Postmodum labore manuum suarum victum sibi quesiuit: ac sanctissime vixit.

Theobaldus nobilis francus his temporibus apud **Vicetinos** doctrina et vite sanctitate in precio fuit.

Bermanus quoque contractus patria alemanus ingenio prestatissimus: vir tempestate hac multos edidit hymnos. et in honorem virginis **Marie** nonnullas celebresque composuit laudes. Sed et de quadratura circuli multa docte et acute descripsit.

1050 **Godofredus** **Tancredi** normani filius: hunc anno **Brogone** et **Hunfredo** eius frater pro de functis in **Apulie** comitatu substitutus est. Quo etiam anno **Guaimaro** **Salerni** principis etiam normani a suis interfecto **Bisulphus** surrogatus est. Qui paulo post **Benuentum** vrbes **Romane** pontifici subiectam occupauerunt. Aduersus quos **Leo** pontifex cum auxilijs imperatoris profectus: in prelio superatus: et cum aliquibus cardinalibus captus fuit. **Normani** tamen: sicut decuit christianos principes maxima ipsi in pontificem reuerentia: eum cum omnibus suis **Romam** cum honore remiserunt. Quam ob liberalitatem pontifex sua auctoritate eisdem **Normanis** ea gubernanda permisit: quecumque de italia tunc temporis tenebant. Quo facto **Godofredus** fato functus **Bagelardum** filium reliquit heredem.

1052 **Cocilium** vercellense hoc anno **Leonis** pontificis iussu celebratur. In quo **Herengarius** **Andeganensis** archidiaconus ecclesiastici cuiusdam erroris auctor: damnatus: et postmodum illustratus est.

1053 **Theodora** virgo clarissima **Jois** quondam imperatricis vxoris **Michaelis** **Vtheri** archiepis constantinopolitani imperatoris soror: hoc anno **Constantino** monacho eius cognato imperatore: vita functo. Imperij dignitate duobus annis prudentissime administravit. Qua obeunte **Michael** cognomento nouicius per arma factus est imperator. Qui eodem anno ab **Isacio** **Commano** defectus in pino monachus est effectus. **Isacio** ite post quattuor annos per arma pulso **Constantinus** cognomine

Dioclesim accepit imperium.

Uictor secundus papa: natione Alemanus ex Bauari oriundus. Leoni successus: sedit annis. 2. mensibus. 3. et diebus. 14. Hic omnium consensu pontifex electus et confirmatus. statim magnam synodum Florentie habuit: in qua quidem multos episcopos tum symonie: tum fornicationis causa episcopatu privauit: clerumque admonuit: quid maxime ad se pertineret: proposita pena: si quis leges canonicas transgredierentur. Tandem ad extremam horam veniens ibidem obdormiuit in domino. Et post sedes vacauit dies undecim.

Dibus Anglie comes Mediolanisque princeps vnicus Helypradi gnatus: hoc anno patre defuncto adolecens in regnum successit: regnavitque annis. 55. Qui pater ne non in memor virtutis: inter primos illius sue tenelle etatis adolecens effloruit. Erat enim magni ingenij: maximeque rerum gerendarum scientie ad pacem quidem: et ad bella putilis: et quae maxime ad litterarum studia insignis. Sceptro itaque paterno suscepto omnibus vno animo fuit: atque diuites egenosque vno ordine habuit. Alexandrum pontificem natione Mediolanensem maximo in honore ac tutela habuit: cuius auxilio et potentia Cadolus Sismaticus pontifex: cum toto eius exercitu in fugam versus est: et eius castra conflagrata. Unde ab omnibus eius virtute cogita. Galliarum principes pro terre sancte subsidio in synodo apud Turonem congregati ad Urbem hunc literas dederunt: ut et ipse tanto apparatu auxilio foret. Qui pontifici: ceterisque regibus vno annuit animo. Hierosolymamque cum reliquis in bellum profectus est. Huius cura eadem cum reliquis christicollis hymaret urbem. Voluit quidam nomine transiordanem princeps: eo viso ut erat animo audax. Ipsum Urbem per interpretem ad singulares congressus inuitauit: quae res ab eo facillime erota est. Ac sic denique sextam post diem ambo ad duellum processerunt. Quo tunc Urbem hic septem in scuto fersa gestabat insculpta: quia septem fortissimos pugnatrices vnica gladii fulminatione prostrauerat. Voluit vero aliter ornabatur. Nam ex eius cono Vipera enea surgebat: miris inuoluta atque implicata spiris: quae infantem exornatum ad usque costas deuorasset: humeri autem et brachia extabant. et bipatenti ore pene vociferare videbatur. His igitur insignibus ambo in campum processerunt. Et primo quidem occursum Urbem Volacem principem ab equo precipitem dedit: et statim claua eleuata illi adeo c. rebum confregit: ut per seclum vniuersum spargeretur. Quo mortuo Urbem illi galeam exiuit: et eius vniuersa spolia reportauit. Cuius Mediolanum redisset insigne illud Christo et templo obtulit: atque sibi successoribusque suis eam viperam pro insignio portandam perpetuo transmisit: quam usque in hodiernum diem Mediolanenses principes: et reliqui vicecomites gestare cernuntur. Tandem vero ab Hierosolymis regressus: duz imperatorie res fluctuarent: et Mediolani res aliquantulum perturbate equa lance per ipsum sedate fuissent: a suis excitatus: coacto magno exercitu in Germaniam contra duos exercitus commigrae proposuit. Sed re nundum cepta immatura sublatus est morte: ac cum ingenti totius urbis dolore in diue virginis. Ad templo sepultus. Hic Lucretiaz genere Francam duxit uxorem: ex qua Andream genuit filium.

Henricus huius nominis tertius. Henrici predicti filius septimus Germanorum imperator: hoc anno patre defuncto: licet adolecens imperare cepit: et imperauit annis quadraginta octo. Vir in bono leuis: et in malo pertinax. Qui spreto immortalis deo: contemptaque christiana religione a patris moribus auersus: calcem et conuua contra dei ecclesiam superbe nimiumque erexit. Quamobrem Stephanus: et reliqui sui temporis pontifices successores eum hereticum affirmarunt: ea maxime de causa: quod summorum pontificum auctoritatem: potestatemque semper diminueret: et subuertere statuisset. Hic a Nicolao secundo vna cum Agnete eius uxore imperis coronam accepit. Ea propter eius pontificatus tempore ob beneficium acceptum. Nil contra ecclesiam molitus est. Sed Nicolao defuncto contra Alexandrum hyscismata suscitauit. et Cadolum parmesem episcopum reclamante Agnete uxore pontificem creauit: cuius rei causa multa scandala: multaque sedes hinc inde exorte

Papa 161

1054 6155

1055

Henricus 3^o

1057 6156

Henricus tertius

sunt. Cognito autem postmodum errore suo apud Mantuam urbem Henricus veniam suppliciter exposcavit: et obtinuit. Alexandro deinde mortuo Gregorius eius loco successit hunc eundem Henricum statim admonuit: ne deinceps ecclesiastica beneficia per symoniacam cupiditatem alicui committeret. Cuius sanis admonitionibus non modo non obtemperavit. Verum etiam Agnetem imperatricem benemerentem ab administratione omni depulit: que Romam profecta non diu dolore animi superavit. Tum vero Gregorius tantam non ferens iniuriam Henricum ipsum omni regia administratione et dignitate privatum anathemate notavit. Cognita Gregorius censura Henricus per litteras suppliciter veniam precatur: cuius precibus motus pontifex Canossum agri Regiense oppidum ad Matildam comitissam ex Verceilis se contulit. Illucque Henricus cum omnibus copiis properare accessit. Qui statim deposito imperiali ornamento nudis pedibus super glaciem per triduum veniam deposito imperator Matildis ipsius et Adelai Sabaudiensis comitis interuentu veniam prestitit: et absolutionis beneficium eidem impendit. Pace itaque iureiurando firmata. Imperator Papiam versus iter fecit: ubi paulo post pacis federa abruptis rebus nonis studere cepit: et quorundam episcoporum seditionibus concitatus Gregorium pontificem deponere studuit. Quibus rebus Alemanni principes indignati: statim post habitum Henrico Rodolphum Saxonie regem: ipsiusque Henrici ducem virum utique modestissimum imperatorem creant: qui coactus imperii gubernacula suscepit. Qua ex re indignatus Henricus: multos tum seculares: tum ecclesiasticos viros interfecit. Et habitum episcoporum male sentientium proventu. Sibertum olim ravenatense archiepiscopum contra Gregorium pontificem creatum: Clementemque appellat. Rodolphus autem apud Saxoniam exercitu comparato in eum movet: et maximo prelio commisso Henricus superat. Qua clade adeo perterritus fuit: ut vix. 17. die repertus sit. Quo quidem tempore germani Henricum eius filium eiusdem nominis quartum: in locum patris suffecerunt. Qui simul postea coniunctis copiis in Italiam venientes Clementem secum abducunt: et Romam hostili animo intrantes. prophanata Petri basilica: demolitoque porticu. Gregorium pontificem in Adriani mole aliquandiu obsedit. Sed cum ferre oppugnationem pontifex non posset: ad Guiscardum Apulie ducem pro auxilio misit. Qui concitus magno cum impetu Romam venit: et Henricus panefactus in Germaniam cum suo Clemene profugit: ubi sine Marte cum Saxonibus et Rodolpho dimicavit: quattuor militum milia amisit: quibus incommodis ecclesiam dei perturbare destitit. Verum perniciosissimus non destitit multos Germanie Salicorum principes preliis lacessere: ut eos a sancta hierosolymorum auertere expeditione. Tandem vero malorum suorum penas debitas dedit. Quia junior eius filius in ipsum exarscens: maximisque probis afficiens apud Leodium bello superavit. Qui victus aufugiens vitam cum merore egit. et tandem cum dedecore vitam finivit: Spireque sepultus est.

Papa 162

Stephannus nonus papa: natione lothoringus. Cassinensis abbas et Federicus antea vocatus: eo ipso anno quo et Henricus pontificatum adeptus sedit mensibus quattuor. Qui statim ut pontificatum inijt. curavit ut Adriolansium ecclesia: que a Romana ducentis ferme annis se subtraxerat. prima inter alias eam maiorem: superioremque cognosceret: que etiam nunc usque persecerat. Tandem eo Florentie defuncto in cathedrali basilica sepultus est.

Papa 163

1057

1058

Benedictus decimus papa: natione campanus. Celestris episcopus: hoc anno quorundam nobilium factione dissentiente clero: Stephano successit sedit mensibus octo: et diebus viginti. Et quoniam non per hostium: sed per vim ac largitionibus intraverat: ab Ildebrando pontificatu deiectus Cilicras exulatum abiit.

Papa 164

Nicolaus eius nominis secundus papa: natione Sabaudiensis nomine Gerardus Florentinus episcopus omni vita probatus: abrogato Benedicto non legitime creato. Senas propter bone vite famam a cardinalibus et episcopis canonice electus: sedit annis tribus: mensibus sex: et diebus vigintifex. Qui etiam suscepto pontificatu Sutrium statim concessit: ubi cum concilio habito Benedictum pontificatum se abdicare omnino coegit. Inde Romam proficiscens

Hericus tertius secundum apud Lateranum concilium habuit: in quo vir prudens formam pontificum romanorum a cardinalibus eligendorum instituit: sicut habemus inter decreta di. 23. **I**n nomine domini. In eodem quoque concilio reuocatum ab errore Berengarium Andegauensis ecclesie dyaconum ferunt. **H**ic (vt dictum est) Henricum imperatorem et Augustum declarauit: cumque imperij corona coronauit. **A**uziens de niq; cessauit episcopatus dies. 12.

Bonifacius **A**rbildis comitis pater: vir quidem nobilis ac potentissimus: hoc anno apud **A**ntuam ciuitatem suam diem obiit: ibidemque maxima cum pompa sepelitur. **H**ic **L**uca vrbe **E**tusca: vel potius agro illius oriundus fuit: q; propter ingentes eius in omni genere virtutes atq; diuitias: **B**eatricem **H**enrici secundi imperatoris sororem habere promeruit: et multas ciuitates obtinuit. **Q**uo mortuo ipsa **B**eatrix eius coniunx illustris femina magistratum **A**ntue: **S**erarieque ac **C**anussii oppidi quindecim annis tenuit: vbi eius filiam **A**rbildim rite diligenterque secundum legem domini: bonarumque litterarum instruens. moribus virtutibusque omnibus informauit. **H**ec enim cordata mulier duo fundauit monasteria **S**rixonarie: videlicet in agro **L**ucensi et **C**anussinum in **R**egensi celeberrimum: quibus et predia multa ad fratrum sustentationem contulit. **D**emum et ipsa infirmitate correpta decimo octaua die aprilis plena operibus bonis obdormiuit in domino: **P**isusque sepulta.

1059

Robertus cognomento **G**uiscardus. **G**otfredo fratre eius hoc anno defuncto: **C**ui ipse **R**obertus frater **C**alabrie et **A**pulie comitatum sponte dederat: egre ferens q; **B**agelardum filium comitatus heredem instituisset: pulso **B**agelardo nepote **A**puliam et **C**alabriam occupat: adiecta etiam **T**roia: que pontificibus **R**omanis parere consueuerat. **Q**uamobrem indignatus pontifex non nihil **R**oberto succensuit. **U**erum cum postea pontifex **N**icholaus a capitaneis **R**ome quos nostro tempore **B**arones appellant ageratus **G**uiscardum ad **A**quilam urbem parum ante conditam in colloquium accersiuit: vbi cum **G**uiscardo **B**eneuentum et **T**roiam: et cetera que iurium ecclesie tenebat restituisset. **P**apa illum terre **A**pulie: et omnium que in **I**talia obtinebat. **S**ub ducatus **A**pulie titulo legitimum instituit possessorem. **Q**uo facto **G**uiscardus in capitaneos ducens **R**omanos proceres: eos omnes edomitos pontifici parere fecit. paulo post **G**uiscardus ecclesie romane vectigal factus: auctus animis **G**uilelmum fratrem **A**pulie preficiens: ipse in **C**alabriam duxit: et breui tempore vna cum fratribus totam **T**eatinam: que nunc **A**prucij regionem occupauit: et **S**ansredo fratri gubernandam tribuit. **I**ndeque reuersus **C**alabros **B**ruciosque: et omnia que in ipso regno erant: in suam fratrumque potestatem redegit. **E**t tunc primum **C**alabrie **A**pulieque fratrum consensu appellari **R**obertus cepit.

Alexius **C**onstantinopolitanus imperator: hoc ipso anno romano cognomēto **B**io gene patre defuncto in imperium succedens: imperauit annis quasi. 15. **Q**uibus tempore **C**onstantinopolitanum imperium a **S**arracenis adeo imminutum est: vt vix **T**raciam: **G**allaciam: **P**ontum: **T**hessaliam: **M**acedoniam: et **A**chaiam obtinere possent: e quibus prouincijs. nunc **T**urci: nunc **S**arraceni aliquid quotidie sibi subtrahabant.

Ludovicus **H**enrici regis francorum filius: hoc anno viuente ad huc patre: **F**ranctus regnare cepit: et regnauit annis. 14.

1060

Monstrum femine sexus: hoc anno in **B**ritannico pago nascitur: quod ad integram prouectum et tatem ferunt in **U**mbilicum fuisse ynitum: supra vero geminatum habens hominem.

Alexander eius nominis fuit papa: natione **A**ediolanensis **L**ucensis episcopus **A**nselmus antea vocatus ob humanitate: humilitateque ac doctrinam absens **N**icholao pontifici surrogatus: sedit annis. 11. et mens. 6. **Q**ui magistratu suscepto **R**oma perrexit: sed longobardi episcopi: **H**uiberto parmensi adiuuante congregati. **I**ndignū esse dicentes: aliunde quam ex **I**talie paradyso. i. **L**ombardia pontifice eligendū esse ab imperatore **H**enrico obi inuenit (dissentiente **A**guete uxore) vt papa eligeret. **A**lii autem coacto concilio **C**adolum parmensem in antipapam elegerunt.

Papa. 165

1062 6261

Hericus tertius

Cui omnes Iogobardi (preter Hathildim & virum eius) obediuerunt. Qui Hadolus a capitaneis vocatur circa Romam manentibus in prata Heronis descendit: & hic contra Alexandrum armata vi pugnavit: unde & multi ex utroque exercitu cecidere irrupentibus vero Orbone Mediolanensium principe & Gottredo Hathildis viro Hadoli exercitus superatur. Tandem Henrico imperatore intercedente conciliū Pantue indicitur: in quo Scismate composito Alexander confirmatur: & Hadolo veniam petenti ignoscitur: ubi etiam multa ad ecclesie utilitatem Gratiano referente constituta sunt. Et primo ne quis omnino missam sacerdotis concubinam habentis audire presumat: ut habetur in canone di. 32. c. Preter hoc. & si. di. c. Si quis a modo. Voluit tamen ut presbyterorum filij auctoritate apostolica iniciari possent: ut. 56. di. c. Apostolica auctoritate. Adauit quoque ut quia symoniaci scilicet sacros ordines suscipere deponi omnino deberet: ut. i. q. i. capitulo De cetero. Vetuit item monachis intra claustra existentibus clericorum officia admitti. i6. q. i. capitulo Juxta calcidonensem. Vetuit preterea clericis omnibus ecclesiastica beneficia a layco obtineri. i6. questione 7. capitulo Per laycos. Statuit quoque ne quis excommunicatus alium excommunicare posset. 24. questione. i. capitulo Audiuimus. Hic Romam proficiscens: dum Auca iter faceret: maiorem ecclesiam beato Martino dicatam eius episcopus fuerat: sacris solemnibus adhibitis consecrauit: & eius canonicos ob benivolentiam speciali privilegio mitra insignitos reddidit. Multis quoque privilegiis: ut in eorum annalibus habetur: civitatem insigniuit. Cumque Romam profectus esset: undecimo pontificatus sui anno moritur. Et in lateranensi ecclesia sepelitur.

1065

1068

Ingens fames & lugubris pestis: hoc anno per totum terrarum orbem fuit.

Dominicus Siluius trigessimusquartus Venetorum dux: hoc anno inde mortui Dominici contareni loco omnium bonorum consensu creatus: ducavit annis tredecim & mensibus quinq;. Hic Nicephoro imperatori: qui Michaelem & Andronicum eius filium ab imperio Constantinopolitano deiecerat cognatus & amicissimus fuit. Cuius intuitu contra Rogerium Apulie ducem Syrachium obsidentem non modicam classem misit: ab cuius obsidione Rogerium ipsum reppulit: magno illaro acceptoque damno: eam ob rem male gestam Dominicus a populo ducatu priuatus fuit. Hic Nicephori ipsius imperatoris sororem admodum deliciosam duxerat uxorem: que tandem diuino (ut ita dixerim) iudicio percussa adhuc viuens toto compuit corpore.

Ordo Vallis ymbrose hic incipit.

1070

Joannes Gualbertus patria Florentinus monachus deuotissimus. Vallis ymbrose religionis ordinatus & princeps: hoc anno miraculis clarior emoritur: qua ob eam puulo post Gregorius huic nominis septimus pontifex: eum in numerum retulit sanctorum. Hic patre Gualberto milite Florentino natus: hac de causa (ut ex eius historijs habemus) ad religionem se contulit. Cum inimicitias aduersus finitimos gereret: qui fratrem suum occiderant: die quadam ex agro Florentiam rediens armatorum manu stipatus oportune in eum qui fratrem interfecerat non procul a monasterio diui Denati montani incidit. Qui cum se circumuentum videret: nec spes ulla salutis sibi proponeret ad Joannis Gualberti pedes prociidit. supplex per Jesum Christum crucifixum petens sibi veniam dari: & fraterne cedis culpam ignosci. Quibus precibus commotus Joannes omne illud quod susceperat odium de fratris nece statim infregit: & facinus omne condonauit. Nec eo contentus: sed cum uterque in diui Denati templo ante Christi effigiem crucifixi steterissent: deo inimicum obtulit: & Christi exemplo ductus crimen omne remisit. Que res quod deo accepta fuerit miraculo declarauit. Nam illico cunctis qui ibi aderant cernentibus: ea crucifixi imago motu capitis illud comprobasse visa est. Quod quidem posteris pro celeberrimo miraculo ea crucifixi effigies usque in hanc etatem demonstratur. Talis itaque miraculi monimento vir sanctus religioni se statim contulit: & ut Eremita in eam Apennini partem: que Vallis ymbrosa dicitur. Secessit ubi vite sanctitate dei in se gratiam maiorem expertus est. Primus illius sacris ordinis illis in locis templum

posita: quo postea multa alia loca nomen et originem duxere.

Hiri disciplinis excellentes.

Petrus damianus ecclesie romane cardinalis presbyter: in diuinis scripturis eruditissimus. His temporibus eas ob res in precio fuit: qui et nonnulla edidit opuscula laude digna.

Petrus quoque alphonus genere iudeus **M**oyse antea vocatus: per hoc ipsum tempus iudaismo relicto baptismi sacramentum suscepit: et librum per modum dyalogi elegantem composuit: in quo contra iudeos et Sarracenos egregie disputat.

Alibateribus natione **A**rabs medicus clarissimus tempestate hac floruit: qui libros

Saleni in linguam **A**rabam conuertit: **S**erapione teste c. 197.

Joannes medicus cognomento **S**erapio: per id tempus de simplicibus medicinis mire perscripsit: et librum **B**reniarij de morbis arcendis: et quoniam a ceteris ro-

Sas collegit. **S**erapio cognominatus fuit. **S**erapio enim roseum sonat: ut testis est **P**linius libro duodecimo c. 3.

Isaach **B**enimiram medicus **S**alonmonis medici filius: et ipse tempestate ista in medicina de febribus: de vrina: et de stomacho scribit. **I**n philosophia etiam de elementis et de diffinitionibus tractatus composuit.

Gregorius eius nominis septimus papa: natione **E**tbruscus patria **S**aronensis patre **H**onicio. **H**ilbrandus monachus antea vocatus: post **A**lexandrum pontificem successit: quarto kalendas **M**aij sedere cepit: et sedit annis duodecim: mense uno: et diebus quattuor. **U**ir certe deo et hominibus gratus: prudens: iustus: clemens: pauperum: pupillorum: viduarumque patronus: ac ecclesie romane contra hereticorum improbitatem: et malorum principum potentiam res ecclesiasticas per vim occupare conantium vnicus et acerrimus defensor. **Q**ui pontificatu adeptus statim **H**enricum imperatorem admonuit: ne deinceps largitione corruptus episcopatus: et beneficia ecclesiastica alicui per symoniacam prauitatem committeret. **C**uius quidem admonitioni suadente **H**iberto **R**auenatis ecclesie archiepiscopo **H**enricus obtemperare noluit. **I**mmo **H**ibertus vir seditiosus contra **G**regorium hunc **C**incium **R**omanum ciuem: prefectusque vrbis filium: virum utique temerarium concitat. **Q**ui structis insidijs in natalis deo nocte celebrantem pontificem cepit: ac secum cum dedecore trahens in turri quadam munitissima reclusit. **S**ed die sequenti **R**omani facinore cognito: **C**incium persequuntur: et pontificem liberant: turrimque funditus evertunt: et edes **C**incij subuertunt. **S**ed et viris ac mulieribus de eius familia nares truant: et **C**incius in **H**ermaniam ad **H**enricum confugit. **T**um **G**regorius tantam iniuriam diuine maiestatis causa non diutius ferens: **H**ibertum et clericos cum **H**enrico et **C**incio sentientes dignitatibus et beneficijs priuauit: ipsum quoque **H**enricum omni regia dignitate priuatum anathemate notauit. **S**ed postmodum **M**atildis interuentu apud **L**anvssium oppidum suum ecclesie reconciliauit. **U**erum paulo post **H**enricus pacis federa abrupt: quod **G**regorius audiens **S**ynodo habita primo **H**iberto sub anathematis pena interdixit: ne episcopali munere fungeretur. **I**ndeque maiorum decreta ad rescindendam symonie labem pertinentia confirmauit: aliaque multa ea in synodo **B**ratiano teste constituit. **E**t primo clericis iniunctis interdixit uxores habere: aut cum mulieribus habitare: nisi quas **N**icensis synodus: aut ceteri canones permisere. **S**ed cum id sacerdotes paruipenderent: precepit papa: ut nullus christianus audiret missam sacerdotis concubinarij: sicut habetur in decretis. 32. di. c. **P**reter hoc. **E**a item in **S**ynodo episcopis interdicit sub anathematis pena episcopali aut sacerdotis munere fungi: qui fornicationi clericorum suorum consentiunt: ut 83. distinctione c. **S**i quis episcopus. **D**eclarauit preterea episcopos qui decimas laicis non clericis describunt fore symoniacos: ut prima questione tertia: capitulo **P**eruenit ad nos. **D**ecreuit item ac auctoritate apostolica confirmauit: ut qui de cetero episcopatum vel aliquod aliud beneficium ecclesiasticum a layco acceperit: in clericorum numero nullo modo censeatur. 16. questione. 7. capitulo **S**i quis: et capitulo **I**nuestituras. **D**andauit quoque fidelibus christianis diebus sabbatinis carnes non manduca-

Papa 166

1075 622

Hericus tertius

re de conse. di. 5. c. Quia dies sabbati. Ueruit quoq; monachis carnis esum: de cō se. di. 5. c. Carne cuiq; monacho. Tum vero Henricus iratus magis q̄ monitus. habito conuētū episcoporum male sentientium Sibertum olim Rauenatem episcopum a Gregorio summotum pontificem creat: clementemq; appellat. Qui vna cū Henrico Romam veniens Gregorium diu in Adriani mole obsedit et afflixit: donec a Guiscardo Apulie duce liberatus ē: qui cum eodem Salernum vadens ibidem pie indomino quieuit.

1076

Matbildis comitissa nobilissima et optima femina: per hoc tempus cum ro. ecclesia bene sentiens virtute et rebus bene gestis clara et inelyta habetur. Hec Bonifacis proceri nobilissimo viro et Luca oriundo et Beatricis (vt diximus) Henrici primi imperatoris filia fuit. Que p̄ patrē et matrem in dño Luca: Parme: Regij: Ferrarie et Mantue: ac eius partis Etburie: quam nunc Petri patrimonium vocamus successit: et primo Gotifredum nomine in Italia potentissimum principem duxit maritum: et cum eo quidem ipsa illustis mulier: non modo Richardi et Gulielmi Apulie ducum: sed et Henrici Cesaris potentiam cōtra pontifices exercitū repressit: et multotiens que de ecclesiastico iure acceperant restituere coegit. Uerū Henricus filius Henrici Cesaris in Italiam a patre missus cum apud Parmam Matbildiz superasset: et Gotifredum interfecisset. Ipsa mulier mortuo viro Azonē Marchionem estensem: qui prioris cōsanguineus fuerat: et sibi quarto gradu cōiunctus erat: ignorans accepit virum. Et cum per aliquot menses illi cubuisset: re cognita Gregorium consuluit quid agere deberet: cui pontifex imperauit: vt ab eius consortio abstineret: ac sic diuortio facto orationibus et vigilijs deo et romane ecclesie militare studuit. Tandem anno salutis nostre. iiii. etatis vero sue sexagesimonono in Bōdeno pago agri Mantuani: operibus bonis plena migrauit ad dominum. Ferunt hanc cordatam et illustrem feminam: cum apud Bōdenum natalitium Christi solemniter celebrare statuisset: ad eam visitationis gratia magnum quendam p̄m nomine Poncium Cluniacensem abbatem peruenisse. Qui pro suo more ab ea reuerenter susceptus est. Et dum in natale domini officium nocturnum decantaretur. Comitissa ad id officium perrexit: sed immensum gelu noctis adeo eius membra dirigit: vt mox reuersa domum lecto decumberet. Superueniente deinde apparitione domini: iterum licet meliuscula missam audiuit: atq; iterum lecto discubuit: nec deinceps vnq; conualuit. Succrescente deniq; langore seruos et ancillas omnes liberas esse voluit. Vasa vero queq; aurea et argentea: vestes quoq; omnes preciosas ecclesis condonauit. Mantuanum insuper monasterium ab ipsa pro maiori parte sua impensa auctum: ac Canusinum Frixonariumq; monasteria: et al. a basilicis predijs et alijs donarijs amplificauit. In extremis vero cōstituta: omni Christi sacramenta ab Anselmo ep̄o devote et reuerenter suscepit: ac vniuersum eius patrimonium beato Petro ex testamēto donauit: quo facto in domino quieuit. Cuiusq; corpus nullo honoris genere: qd̄ impendi magno principi possit nō adhibito ab vniuersis clericis et populis ad sanctū Benedictū Mantuani agri delatum: Mausoleo quod et nūc extat sepelit. Quarta tñ de eius morte et vita ab auctorib⁹ referunt.

1079

Sibertus antipapa: hoc anno ab Henrico Cesare habita ep̄oz male sentientium synodo: p̄tra Gregoriū in Germania p̄tifer creatur: et Clemēs appellat: q̄ mox vna cū Henrico: et eius filio iunctis copijs in Italiam veniens pellere Gregoriū amixus ē. Romam igitur p̄fectus Leoninā urbē capit: et Petri Pauliq; apostolorū basilicas vna cū Henrico prophanat: urbēq; totā in deditiōne suā recepit. Quapropter Gregorius sibi nō fidēs in Adriani mole se recepit: vbi aliquādiu euz obsiderūt: donec Guiscard⁹ q̄ i Apulia dominabat eū liberauit. Sibert⁹ at cognito Guiscardi aduētū p̄curatib⁹ bononiēsi: matinēsi et cremonēsi ep̄is ab Henrico ipatore i lateranēsi basilica coronat. Quo facto statim Senas p̄fiscis. Ibidēq; tādū cū Augusto māsit quo ad Gregoriū sup̄uixit Gregorio vō defuncto Sibertus in Albā Marsorū urbē se trāstulit: et ibi vsq; ad pascalis p̄tificis t̄pa militis cū seditionib⁹ māsit. 8. vō pascalis anno Sibert⁹ maloz oīuz caput: morte sbitanea correptus scelerū suoz penas luit. hic autem Sibertus ex Parma urbē originem duxit: quem Agnes Henrici tertij vxor

Henricus tertius

tanquam insignē virū Italici regni gubernatorem fecerat. Qui primo **Adolū** civē suū contra **Alexandrū** pontificē substituere procuravit: et postmodum ab **Alexandro** veniā postulās et omnium malorum auctor extiterit. **Ravenatis** tamen ecclesie postea ipm archiepiscopus constituit. Inde ad pontificatū vias querēs: contra **Gregoriū** pontificē multa mala sepe machinat⁹. **Vitalis** salero. 35.⁹. venetorum dux: hoc anno **Dominico** **Silvio** a **Euiscardo** **Apulie** duce superato: et a patrib⁹ in carcerem coiecto: eius loco suffectus. ducavit annis. 15. et mēsi. 4. hic repatā illico classem ad **Alexiū** **Constantinopolitanū** imperatorem duxit: qui imperator etiā a **Euiscardo** ad **Sasium** ingressus: una cum classe veneta fractus quidē et fugatus fuit. Undeque inchoata **hierosolymorum** expeditione hic ex senatus consilio classem ducentarū ois generis navium prefecto **Michaele** **Vitalis** **Michaele** ducto filio transmisit: que quidē classis non venetorum militia tantū: sed ex omnium christiano plena fuit: et cum **Henuēsib⁹** iuncta tandem perseveravit: donec **Hierosolyma** capta fuit: propter quod et **Baldwinus** rex eisdē **Venetis** et **Henuēsib⁹** amplissima privilegia ea in **Hierosolymorum** urbe concessit. Eo item ducante: templum sancti **Barci** iterum conflagratum: instauratur: et in eo tandem sepelitur.

Hoc anno oia iuxta cursum solis et lune completa sunt: sicut in. i. imperij **Tiberij** **Cesaris** anno: a quo anno usque in presentē duo magni Cycli fuerunt: qui sunt anni. 1064.

Gregorius tertius papa: mortis **Cassini** abbas. **Desyderius** antea vocatus. **Gregorius** surrogatus: sed it anno vno: et mē. 4. Qui pontifex factus statim **Gregorius** pontificis partes suscepit. Quā ob causam **Henricū** imperatorem sibi constituit inimicū: a quo etiam veneno in calice misto sublatus est.

Rogerus **Euiscardi** ducis **Apulie** natus minor: hoc ipso anno **Euiscardo** patre in **Cassiope** insula defuncto. **Boemūdo** fratre maiore absente in **Apulie** ducatu successit: et regnavit annis. 25. Qui ubi ducatum iniit. **Capuā** et quicquid inde usque ad **Tyberim** ad pontificē pertinebat: vi abstulit. **Boemūdo** autem natus maior e **grecia** superveniens cum **Rogero** pro ducatu contendere cepit. Quāobrem **Urbanus** pontifex synodo habita precepit eis ab armis in loco ditios ecclesie abstinere: hac: et conditione: ut **Rogeri⁹** **Boemūdo** **Apulie** parte permissa ipse reliquā haberet partē. **Boemūdo** autem ea parte minime contentus: **Rogeri⁹** fratre in **Siciliā** contra **Sarracenos** contendente: **Delphiz** furto occupavit: qua occupata accessus glorie cupiditate: relicta **Delphi**: paulo post in **hierosolymorum** expeditione cum ceteris ducibus: cum. 12. delectorum hominum milibus proficiscit. Qui vir tute et auctoritate primor⁹ frater: arma deposuit: et oia seculo voluit esse commissa. **Siliū**que suū **Tacredū** pugnantem cupidū belli comitem frater tradidit.

Viri disciplinis excellentes.

Rasis medicus: natione penus: hoc tempore vixit. Cui alij **Bachilo** nomē fuisse tradunt. **S. Auicēna** in. 3. sen. tertij canonis tit. 3. c. 7. **Deamerbū** eū appellat: qui in **Almā** forsia urbe vixit: ubi in lingua **Arabica** ex omnibus ante se medicine auctoribus infra scripta volumina collegit: et de medicine correctione **Antidotariū**: de cura morborum iuncturarum librum continentem omnem medicine scientiā. librum **Almansoris** ad regem eius nominis: de morbis puerorum librum unum: **Divisionū** librum unum. In **astrologia** aphorismorum. In **alchimia** libros duos: et alia multa.

Primo vir sanctus: et clarissimus theologus: natione **Coloniensis**: **Cartusienensis** ordinis institutor: huiusmodi repositus in **gallis** legendo: disputando: ac scribendo clarus fuit. Hic **Urbani** pontificis apud **Parisiū** preceptor fuit: qui abrenunciatis scholis: quas regebat: cum septem doctissimis viris in **Erimum** **Cartusie** secessit: ubi quibusdam monasterio structo. **Cartusie** ordini initium dedit.

Ansul **gallie** rex: hoc anno cum in toto ferme terrarum orbe fame laboratum esset occasione hac **Toletum** **Hispanie** urbem multis annis obsessam de **Sarracenis** cepit: et iam christianis tradidit incolendam.

Prodigia quoque multa huiusmodi tempore fuisse ferunt: quae aves domesticæ sicut galline: anseres ad montana profugientes facte sunt salvaticæ et siluestres: et pisces tum maritimi magna ex parte perierunt. Terremotus et in **Siciliā** tam magnus fuit: ut **Syracusana** urbs percussa sit: et maior basilica dum vesperis celebrarentur converterit: oēs qui ibi aderant perterriti sint: duobus tantum superstitibus **dyacono** scilicet et **subdyacono**.

1082

Papa 167
1085 684

1001

1001

Henricus 3^o

Rogeris Sicilie ducis frater: cum duodecim milibus electorum virorum profecti sunt. Italiam quoque Michael dux venetus filium suum cum classe subsidiaria misit: Sz et Venenses cum tremibus quadraginta auxilio fuere: qui omnes vno animo pontifici summo annuere. Unde a pontifice Adamurus episcopus totius exercitus moderator designatus est. Erant autem eo in exercitu ad trecenta hominum milia cruce signati: In quibus Petrus hic eremita ducem se multis exhibens: per Alamaniam et Ungariam versus Hierosolymam perrexit. Alij vero transmissis Alpiibus per Italiam fuerunt. Et sic regnum Hierosolymitanum: et ipsa Hierosolyma: anno salutis millesimo nonagesimonono e manibus Caliphe Barbari excepta est. Cum eo namque pro defensione aderant. Volux vir in armis strenuus: qui transiordanem dominabantur: et omnes barbarorum reges: necnon et Belzerb Auxientis filius. Qui omnes maximo cum dedecore (non sine ingenti vtriusque cede) a christi colis tandem fusi et fugati sunt. Caliphas vero (vt breuibus vtar) denique sub muro rum ruina mille confossus vulneribus interist.

Raynaldus autem alemanorum dux in ipsa expeditione Petro eremite socius: hoc anno duo oppida in agro Niceno scilicet Exeregorgon et Linitum cepissent. subita turcorum irruptione conclusi Petrus per legationis speciem sine militibus fugit. Raynaldus vero exercitus dux: abnegata Christi fide deditioem fecit. Reliqui autem cum siti laboraret: a turcis trucidati sunt. Que res constantinopolitano imperatori gratissima fuit.

1097

Ordo Cisterciensium: hoc anno a Roberto venerabili religioso Mollionensi abbate primo in Burgundia excitatur: quem Urbanus papa statim sua auctoritate sub diuini Benedicti regula confirmavit. Nam idem Robertus vir sanctus cum viginti suis monachis relicto primo monasterio: vt distinctius patrum instituta: et regulam monasticam obseruaret in Cabillonensi dyocesi Cistertij solitudinem adijt: ibique nouum ordinem ex veteri instituit: et a loco Cisterciensium ordinem nuncupauit. Qui et breui in omnibus postmodum mirum in modum creuit: virosque innumera biles disciplinis: et vite sanctimoniam protulit: de quibus infra dicemus.

1098

Didelaphus salero trigessimus septimus venetorum dux: hoc ipso anno bonorum omnium suffragis: post Gitalen Michaelen dux creatus: ducavit annis. 19. Prestatissimi ingenis et animositate vir. hic quintodecimo magistratus sui anno maximo et ingenti exercitu comparato in Balmatiam abnauigauit: ibique multis bellis strenue gestis: multas comprehendit vrbes: ac paulopost in prelio interfectus Venetias eius corpus delatum apud sanctum Marcum maxima cum pompa sepelitur. Eo namque ducante scilicet anno centesimo supra millesimum duo incendia Venetiarum excitata sunt: quibus parochiales ecclesie multe simul cum parochianorum domibus arserunt: quo etiam tempore Bethamaucensis ciuitas ipso incendio atque maris inundatione vastata: et pene subuersa est. Eoque tempore terremotus superueniens urbem vndique afflixit.

Hierosolymorum regni apud christianos principium.

Gothfredus Ballatie comes: hoc anno Hierosolyma a christicolis capta: vno omnium christianorum principum consensu. bumeris etiam in regiam a militibus omnibus delatus. Rex Hierusalem decernitur: regnavitque anno vno. Qui licet regni titulum non abnuerit: coronam tamen auream reiecit: dicens indignum esse hominem christianum illic regio et aureo dyademate vti: vbi Christus rex regum spineam coronam pro humani generis redemptione pertulit. Suscepto itaque regno contra Elementem Babyloniorum principem apud Ascalonem mox profectus ipsum cum triginta milibus interfecit. Ascaloneque recepta tantum auri et argenti ibi deprehendit: quantum vno alio loco deprehenderat. Indeque cum fratribus suis mira felicitate victorie vsus. Et Iopem et Ramulam vrbes obsedit expugnauitque: atque alias similiter vrbes. Veruntamen post captam multo labore Hierosolymam: eo anno Gothfredus februi correptus: moritur et ibidem sepelitur.

Antiochia Assie ciuitas: olim Reblata dicta: ab Antiocho rege dominatore dicta vrbs siquidem potentissima: duorum muroz ambitu circumdata: Petrique apostoli

Gothfridy Episcopi hinc
1099 solimam cepit

1099

Henricus 3^o

sedes: hoc anno a Boemūdo viro clarissimo post dura obsidione capiti. Pyrrho Antiocheno cluē prepotente ingressum vr̄bis prebente. Nam Pyrrhus idem cuz multa de Boemundi virtute accepisset: eius colloquiū expetijt. Admiratus viri virtutem: ciuitatem se illi traditurum spondit: si sibi dominum retineret. Boemundus autem a proceribus christianis sibi vr̄bem concedi obtinuit: et nocte quadam constituta Pyrrhus aperta porta ingressus Boemundo prebuit: et sic ciuitatem obtinuit. Ingressi itaq; vr̄bem christiani omnibus fere pepercere. Cassianus autem vr̄bis rex ad loca mōrana confugiens ab Armenijs trucidatus est. Sic Petrus (vt dictum est) patriarchalem tenuit sedem. Et Theophil^o ex ea oriundus fuit: ad quez Lucas euangelista apostolorū actus scripsit: vbi et septimus a Petro antistes fuit. Hec enim vr̄bs mille annis sub christiano imperio floruit. Sub eiusdemq; patriarcha centum quinquagintatres episcopi fuere: et in illa vr̄be trecente sexaginta sex ecclesie.

Lancea qua Christi latus a Longino milite transfixus fuit: hoc eodem anno Antiochie in ecclesia sancti Andree ipso releuante reperta est. Quam Boemundus et ceteri christiani summa cum reuerentia suscipientes: de cetero tāq; optatum vexillum in exercitu contra hostes pretulere. Cuius deuotione et fiducia statuerunt cum corbana confluere: cuius exercitus vicinos Antiochie montes occupabat. Dissiq; sunt Petrus eremita et alius ad Corbanam: vt prelium denunciarent: sed eo reuente christiani nihilominus (cum fame perierent) confluere statuerunt. Et ieiunio instituto: orationibusq; peractis ad prelium cum sacra lancea perrexerunt: quod maximo ardore commissum est: et centum milia hostium ceciderunt. quindecimq; milia camellos ceperunt. Tantamq; ab inde predam christiani abduxerunt: vt ab extrema inopia ad summam rerum omnium vr̄beratē ob lancee miraculū venerint.

Pascalis eius nominis secundus papa: natione Italus: e Flaminia prouincia: patre Crescentio Raynerius antea vocatus Urbano substitutus: sedit annis. iij. mensibus quinq; et diebus septem. Sic etiam monachus exiles nolens ac latitans pontifex creatur. Qui ecclesie dei prope labenti: quorundam seditionibus consulturus copias suas in Sibertum antipapam in aliorum omnium caput mittit. Sed Sibertus non multo post subita morte correptus interiit. Pacatum ecclesia: Pascalis ingressus magni atq; animi vir: a religione ad arma conuersus adiuantibus amicis. Castellanam vr̄bem et Beneuentanam ab hostibus occupatas vi et armis recepit: his et alijs facinoribus strenue gestis: in Lissalpinam proficiscitur: vbi ad Guardastallum agri Cremonensis oppidum conuentu multorum principum et episcoporum habito: De homagijs: De pbenidis: De sacramentis laicis antea exhibitis exhibendisue: magna est habita ratio: ibidem quoq; Simlie vr̄bes videlicet: Placentiam: Parmam: Regium: Mutinam: et Bononiam Ravenati ecclesie et Metropoli: que diu romano pontifici rebellis fuerat: amplius non subesse constituit. Atq; cum intelligeret sacerdotes gallos non ita integre (vt decebat) vitam et cultum ecclesie: in Italiam properare redijt: vbi intellexerat omnia seditionibus perturbari. Veram haud multo post: compositis in Italia rebus: ad bellum Asiaticum litteris et nuncijs omnes christianos principes animauit. Tandem vero cum recusaret confirmare episcopos: quos Henricus tertius contra ius fasq; pro libidine: quibus voluisset concesserat: vna cum cardinalibus ab eodem Henrico in cacerem traditur: nec inde prius eductus est: q̄ omnes in episcopatu confirmaret. Atq; hoc modo rebus compositis imperatorem denuo coronauit. Recedente vero ab Italia imperatore pascalis concilium apud Lateranum habuit: vbi omnia que Henrico promiserat reuocauit: asserens non libenter: sed coacte in Cesaris sententiam venisse. Sic Rome quindecim basilicas consecrauit: aliasq; nonnullas restituit. Abortuus deniq; in Constantina basilica decimo quinto kalendas Februarij maxima cum pompa sepelitur.

fioi

Balduinus eius nominis primus Gothifredi regis frater: hoc anno fratri in hierosolymorum regno: secundus rex. surrogatus: regnauit annis. iij. Abortuus enim Gothi-

Lancea xpi iuxta

Papa 196

6199 iioo

Henricus 3^o

fredo rege| Sarraceni magnos exercitus recuperande Hierosolyme causa| eo dedu-
xerunt. In quos Balduinus parum consulte fertur conflictus : z Boemundus in
eo prelio captus: z Blesensis z Burgundie comites occisi sunt. Rex vero turpi fu-
ga Hierosolymam repetiit. Nec tamen ausi sunt Sarraceni urbem obsidere. Boe-
mundus autem in Asia Godofredi cognita morte| statim relicta Antiochia| Die-
rosolymam se contulit. Veritus ne quid mali accideret| idem fecerunt Burgundie
comites: postea nihilominus interfecti. Tancredus autem Boemundi nepos An-
tiochiam consecrauit: z Boemundum patrum postea triennio in carcere macera-
tum| multo auro redemit: z Antiochiam illi summa cum fide restituit. Quo audito
Balduinus hic in Acon ducem statuit: vocauitq; Venueses z Venetos in auxi-
lium: qui cum octuaginta rostratis: ac plerisq; triremibus venerunt. z Acon vr-
bem terra mariq; acriter oppugnans| vigesima die cepit: z Sarracenos qui eo tuen-
de vrbs gratia venerant| fudit atq; fugauit. Inde q; egyptios secundo prelio supera-
uit: z Calipham eorum regem interemit.

Conradus Henrici Cesaris filius: hoc anno Julio mense moritur: z Florentie maxi-
ma cum gloria sepelitur. Sic superiezi anno patris scelera execrans ab eodem desci-
dit: z Matildi comitisse adbesit. cuius consilio Rogerij Apulie ducis filiam du-
xit uxorem.

Stella insolita: hoc anno prima quadragesime ebdomoda feria sexta circa vesperum
in austrum z occidentem lucere visa est: z per dies viginti quinque eadem hora semp
splenduit: cui ingens trabes visa est ex oriente occurrere: post hoc in cenaz domini
vise sunt due lune parum ante diem| vna in oriente: z altera in occidente.

Venueses etate hac nauali gloria prepotentes: hoc anno (teste Jacobo theologo) de
nuo cum sexaginta triremibus in Syriam profecti. Tripolim primo z Hibelletum
ac Cesaream vrbes a Nabumetanis diu occupatas| ingenti virtute comprehende-
runt: quibus spoliatis z barbaris interfectis vrbes Balduino regi tradidere: qui
bus strenue gestis| cum Catbino smaragdino impreciabili gemma: alijsq; maximis
ditati spolijs| cum gaudio ad propria rediere. Hac etiam victoria: z triumpho ferunt
precursoris domini cineres ex Airea vrbe secum Veniam detulisse.

Viri disciplinis excellentes.

Iuo clarissimus canonum doctor: z Carnotensis episcopus: tempestate hac apud gal-
los in precio fuit: qui z inter cetera sue virtutis opera: post Isidorum hispalensem
apostolica abrenouauit decreta: ea q; in vnum collegit volumen: ac post eum quidam
Hugo cathalaunensis episcopus: post quem deniq; Pratianus.

Hildebertus Lenomanorum episcopus: vir ingenio diuinus| ipsa eadem tempestate
heroico elegiacozq; carmine plurimum valuit: qui Vincetio gallo referente tribu-
lationes multas: vinculaq; apud Romam pro Christo sustinuit: vbi epistolas ele-
gantes plurimas edidit: atq; versus quosdam elegatioris de exilio suo: libru quoq;
per pulchrum de tedio huius vite| querimonia sui ipsius: partim metrica: partimq;
prosaice composuit. Orationem deniq; ad trinitate pulcherrima: z aduersus quos-
dam de eucharestia z alia multa edidit.

Ruffus sine Arnulphus| abbas z Lugdunensis episcopus: per id ipsum tempus (te-
ste Joachin abbate) in gabijs predicatione z doctrina ac sanctitate plurimum va-
luit: qui post beatum patrem Augustinum canonicorum regularium ordinem i gal-
lijs instituit: ibidemq; multis fundatis monasterijs: cui esset egregius christiane re-
ligionis predicator: in Italiam veniens: etiam Christi paupertatem z integerrimaz
vitam ad ipsius imitationez omnibus proposuit: z multos ex nobilitate romana ad
se traxit: quem tanq; verum Christi discipulum: atq; propbetam multi sequebant:
z ad celum vsq; eum tollebant. Unde in Etruria quam maxime alijsq; in locis
multa regularium monasteria erexit. Verum cum Rome acerbe nimium in lechucorum
lasciuas inueberetur: z eorum pompam improbare ab eisdem occisus est: nec
vnq; tamen tanti erroris auctores inuenti fuere.

Anselmus lucensis episcopus| vir doctrina z sanctitate insignis: Matbildisq; comi-
tisse confessor: z pater eisdem temporibus floruit. Sic operam dedit: vt monasteriu
2

1102

1105

1106

1107

2

Henricus 3^o

sancti Benedicti iamdiu in Mantuano agro inchoatum. Hathildis impensa magnifice perficeretur: vbi et postmodum defunctus iacuit. Cum autem ibidem miraculis continuus in dies clarior haberetur: post aliquod tempus timentes mantuanane a vicinis furtim surriperetur in basilicam cathedralem Mantue transfulerunt: vbi nunc usque miraculis fulget.

Anselmus quoque Cantuariensis episcopus bonitate vite et ingenii acumine et ipse in Anglia claruit: hunc auctores scribunt tanti apud Anglos precij habitum: vt breui ex monacho abbas: et ex abbate Cantuariensis archiepiscopus sit factus. Qui et infra scriptos edidit libros: videlicet.

Incipit

De fide trinitatis	li i.	Quorū dñi	Pro insipienti disputatō	li i.	Subitanti
De imagine mundi onem	li i.	Ad instructi	Responsō p insipiente	li i.	Quā nō me
De veritate	li i.	Quā deum	De p̄destinatiōe et li. ar. li i.	Munc ergo	
De libero arbitrio	li i.	Quā libe. ar.	De p̄cordia p̄sciētie p̄destinationis et grē		
De casu dyalogi	li i.	Illud apli	De tribus illis questionibus		
De incarnatione vbi	li i.	Deo et patri	De beatitudine celesti	li i.	
De p̄ceptu virginali	li i.	Quā i oib ^o re.	Cur deus et homo	li 2.	
De azima et fermento	li i.	Anselmus	Meditationum	li i.	
De spū sc̄to p̄tra grecos	li i.	Megara gre.	Sup̄cātica cāritoz	li i.	
Monologion	li i.	Sige vnam	De grammatico	li i.	
Prologion	li i.	Et nūc	De cruce	li i.	Et de san-
De grā et libero arbi.	li i.	Restat nūc			cto Joanne baptista ac sermones multos.

Henricus 4^o

6307 1108

Henricus quartus predicti Henrici filius: octauus Germanorum imperator. hoc anno imperare cepit: et imperauit annis viginti. Sic patrem captiuauit: et multis probis (dei iudicio) maximis affecit. Cuius rei causa tristem pater emisit animam. Quo mortuo rebus in Germania ordinatis: in Italiam cum exercitu venit. Cuius quidem aduentus non ad modum Pascali gratus fuit: quia multas basilicas in bellis euertisset: et episcopatus cui placuit demandasset. Discessit autem ad pontificem legatis iureiurando interposito pollicetur se pacato agmine urbem ingressurum: episcoporumque inuestituras renunciaturus: sicut habetur in canone. 63. di. Ingressus igitur urbem cum benigne a summo pontifice fuisset exceptus: paternum volens imitari exemplum Pascalem et vniuersos ecclesie prelatos per fraudem interceptit: eorumque bona in suorum predam conuertit. Quia propter populum romanum in teutonicos seuit: et tandem eos ex urbe eiecit. Imperator autem in circuitu urbis Rome edificia incendio consumpsit. Nec propterea romanos sibi alicere potuit: donec papam et cardinales restitueret. Henricus vero hoc cum modo a pontifice inuestituras extorquere conaretur: nihil perfecit cum ille morte potius sustinere vellet. Sed ciuium suorum in commodis motus quecumque Cesar postularat confirmauit: et per notarios conscribi voluit. Hoc modo rebus compositis dimissisque captiuis omnibus Imperator a pontifice coronatur. Hanc ob rem Henricus voti compos factus in Germaniam rediit. Sed Pascalis eo absente: statim concilium habuit: vbi que promiserat reuocauit. Henricus autem anno imperis sui decimo: rursus in Italiam veniens. Romam pontifice absente ingreditur. Vbiq; concedente populo: et aduersantibus patribus: cum rite coronari non obtineret. Maurizium quendam sue partis archiepiscopum euocauit: et ab eo sibi coronam imponi iussit. Tandem vero ad cor rediens iura ecclesie pro quibus cum pontificibus contenderat: in Salixti papa manus resignauit: et absolutionis beneficium ab eo promeruit. Postremo moriens cum patribus suis apud Spira sepelitur. Ad cuius tumulum tale inscriptum fuisse epythaphium ferunt. Filius hic pater: hic auus: hic pro-

1109 **L**odouicus francorum rex: Philippi predicti regis filius: hoc anno patre sublato francis regnare cepit: et regnauit annis. 22.

1110 **A**ndreas Anglerie comes: Mediolaniciq; princeps vniuersi. Et ibi principis filius: bo-

Henricus 4^o
 ipso anno defuncto patre etatis sue anno decimo octavo eidem in principatu succe-
 dens regnavit annis. 45. Hunc tante fuisse equitatis ferunt: ut neq; precio: neq; pre-
 cibus: aut amictia a vero iudicio flecti unq; potuerit. Malos ita affectit supplicis
 ut crudelitatis nomen consequeretur. Bonis autem bona et donaria munificentissi-
 me prebebat. In hoc patri dissimilem fuisse tradunt: quod bella sum in opere fugiebat:
 et paci ac tranquillitati totum se inherebat. Hic postq; Henricus quartus patre He-
 ricum Cesarem in vinculis posuisset: ac Hodoetiam postmodum Mediolanum
 ad eum peruenisset: et ab Jordano archiepiscopo coronatus fuisset ab ipso impera-
 tore confirmationem domini Mediolani et aliarum civitatum consecutus est. Ta-
 ti quippe illius fuisse in suscipiendo imperatore apparatus ferunt: ut imperator ipse
 maximam in admirationem aduceretur. Contra hunc aliquando Petrus qui in vr-
 be Cremona sceptrum tenebat arma suscepit: et in fines Britienses usq; peruenit.
 Contra quem congressus Andreas ipsum Petrum et eius sequaces primo impetu fu-
 dit: et in turpissimam fugam convertit. Quo Mediolanum redeunte ab universo po-
 pulo rei militaris scientissimus habitus est. Post dies aut aliquot comeses ciues suum
 in seditione pretoze turpiter occiderunt. Quod cum Andreas intellexisset in dignatioe
 motus subito coactis copiis Romam accessit: et frepidatibus civibus ab eisde; exce-
 ptus est et civium cognita insolentia urbem primo militibus in predam dedit: ac paulop-
 solo equavit: que tunc in more sita erat: et ciues in inferiori vallem descendere coegit.
 Vbi ipse aliam in cancri formam in ripis lacu edificavit. Indeque etiam Laudum po-
 peanam urbem sibi rebellem. 25. die Maij anno salutis nostre. iiii. penitus evertit.
 Unde Laudenses ciues per annos. 49. sine vrbe murata steterunt. Denique papa Ale-
 xandro presulante nova laudensis fundata fuit. Hic anno salutis. iiii. Adelai sabbau-
 diensis principis duxit uxorem: ex qua Sualuagnum suscepit filium: mira corporis
 pulchritudine et magnitudine conspicuum. Tandem vero immatura morte vite fine
 faciens in templo divi Ambrosij sepelitur.

Pisani his temporibus aequali gloria admodum potentes: Piscalis pontificis hortatu: ex in-
 sulis balearibus: quas ante occupaverant in Sarracenos movent: qui christianoꝝ lit-
 toza infestabant. Qui mox ingenti classe comparata in hostem profecti sunt. Verum
 dum apud vada volaterana ventum expectarent. Lucenses statim destitutam eorū vr-
 bem defensoribus invadunt: quam quidem Florentini pisane et precibus moti pulsas
 lucensis acerime tutati sunt: ob quam rem pisani de sarracenis victores domum re-
 deuntes. Florentinos duabus propheticis columnis donant: que adhuc ad portas
 sacelli beati Joannis baptiste visuntur.

Pontremulū nobile nunc Etrurie regionis oppidum in apennini radicibus iuxta Ma-
 cram fluvium constitutum: hoc anno ab Henrico imperatore diripitur: et subvertitur:
 eo quod Romam proficiscenti transitum prohibere presumpserit. Quam ob causam
 in Etruriam ingrediens omnibus terrore esse cepit.

Sanguis hoc anno idibus Junij in agro Emiliano et Flaminiano pluit.

Dominicus Michael 38. dux Ordelafalo salero suffectus: ducauit annis. ii. prestatis
 animi et eloquentie vir: ac moribus oibus insignis. Hic ex senatu saluto (Balduino re-
 ge capto) rogatus a ferramundo hierosolymitanoꝝ patriarcha: ac et hortatu Calixti po-
 tificis ducetoꝝ navium classem armavit: et ad Jope statim delatus: quam Sarraceni
 Babylonis cum septingentarum navium classe premebant: disiectis: fatigatisq; sarracenis et
 multis eorū captis civitate obsidione liberavit. Itum est et una cum patriarcha in Tyrū
 quam prius sepe a christianis tentata unq; obtinere potuerat. Quas hic strenuus dux non in-
 crucata victoria recepit: et hierosolymorū regno adiecit. Verum Emanuel grecoꝝ impe-
 ratoꝝ Galatobani suffectus tantam victoriam christianis iniucis venetoꝝ senatui precepit ut
 huc Dominicum ducem suum revocaret. Qui Dominicus obtemperans ira successus: Rhod-
 di: Cibi: Samu: Dythelenē: Androg impatoris insulas diripuit: et Botbonū
 spoliatus communiuit. Spalatrū et Tragurū ab ungaris eripuit: et senatus sui domino
 adiecit: Romamque reuerus lapide sup quo christus apud Tyrū sedisse fertur secū at-
 tulit: Theodori quoque martyris corpus ex Rhodo Venetias deportavit. Hec enim ta-
 ta ac talia facinora celeberrimo dux intra trigessimū quam profectus fuerat mensem felicif

iii2

iii3

iii4

iii7

Papa 170

637 iiii

Henricus 4^o sine gessit: eam obrem multa privilegia a **B**alduino hierosolymorum rege obtinuit: Tandem vita functus **V**enecijs in sanctorum **J**oannis et **P**aulli templo sepelitur: ad cuius tumulum tale epygrāma inscriptum vidimus.

Terror grecorum facit hic et laus venetorum **I**nteritus syrie meror et vngarie
Dominicus michael quem tenet emanuel **Q**ui fecit venetos in pace manere getos
Dux pbus et foris: que tot^o adhuc colit orbis **N**onec enim riguit: patria tuta fuit.
Prudens consilio summus et ingenio **Q**uisq; ad h^o pulchrum venies spectare
Iustus acta viri declarat captio tyri: **L**ernu^o aiuz flectere pteruū. (sepulchz.)

Gelasius huius papa: pze **C**rescentio ctue **S**aierano **P**ascali successore factus se dit anno vno: mēii. 5. **H**ic a teneris ingenue edoctus. doct^o in mōte **S**assino religionis documēta s^b **O**drisio abbate sanctissimo pdidit. **C**ir vtiq; sanctissimus: et omni laude dignissimus: si vitam continentissimam: si mores: si doctrinam inspicias. **N**am constanter et sancte multis in procellis humanarum perturbationum vixit. **A**nde **C**incius fregipanis patricius romanus vir potentissimus: qz contra ius voluntatem pontifex creatus fuit. **I**ra percitus: cum statim comprehendit: et in terra deiectum calcibus et pugnis primo contriuit: ac postmodum in vincula coniecit. **V**erum a populo romano confestim liberatus a clero de more coronat: **P**ersequente deinde illum **H**enrico imperatore in gallias confugit. **I**biq; a **A**luniacensi abbate splendide susceptus: cum in monasterium peruenisset: pleuresi cor reptus moritur: atq; ibidem intra **T**enobij limina sepelitur.

Balduinus eius nois tertius ex nostris hierosolymorum rex: vno et eodē anno cū **S**elasio papa regnare cepit: et regnavit annis. 13. **H**ic prioris **B**alduini **S**obrinus fuit: qz secūdo regni sui anno **S**azin turcorum minoris **A**sie ducem: cū magnis copijs hierosolymā petētē: bello superatū cōiecit in carcerē. **S**equētī anno regem **D**emasci ex improviso hierosolymā euz exercitu hostili animo petentē fudit: fugavitq; duobus hostium milibus cesis ac mille captis: triginta tantum de suis amissis. **V**erum et ipse superueniente **B**alach parthorum rege vna cum proceribus suis captus et in vinculis coniectus fuit. **S**ed precio postmodum redemptus **H**ierosolymam rediit: et christianam rempublicam iam labentem reintegravit: **A**ntiochiamq; hierosolymitano regno adiunxit. **A**scalonitarum regem hierosolymitanos infestantem vnicore pulit prelio. **E**t **B**alduinum **D**amasci regulum idem molietem tribus prelijs fudit: multis passim pecudum more cesis.

lii9 **O**rdo premonstratensis sub dñi **B**enedicti regula: hoc anno in **L**audunensi dioecesi patre **N**otberti **S**oloniensis initium sumpsit. **Q**ui autem ordo hic fuerit nobis non constat.

Prodigia multa.

Porca hoc anno in leginsi parochia enixa est porcellum hominis faciem habentem: pullus quoq; galline eodem anno quadrupes natus est.

Hiemsq; asperrima fuit: et statim valida fames subsequuta est: ac mortalitas hominum luesq; animalium agrestium et domesticorum. **S**trages quoq; avium mutuo contentiū exti: it. **T**erremotus preterea apud **I**taliā quadraginta dierum spatio perduravit. ita vt villa quedam pergrandis de loco suo corporaliter sit mora et alibi trā sportata.

Ordo templariorum militum (vt multi affirmant) sub **S**elasio isto apud **H**ierosolymam initium sumpsit. hi hierosolymis non longe a domini sepulchro primum habitantes peregrinos ingenti caritate suscipiebant: eosq; per loca sacra armati ducebāt et reducebant: quo eis sine vilo maleficio loca inuisere liceret: hos vita: fide: et gratia: multi peregrini mirum in modum commendabant: et elemosynas donariq; largissima conferebant. **I**n primo mantellis albis cum cruce rubea incedebant: et vt plurimum omnes ex **G**allia emerferant: quibus et beatus **B**ernardus abbas regulam composuit. **V**erum tempore **C**lementis quinti pape: cum a nostris scitum fuisset illos ad **S**arracenos defecisse: et in multis vitijs (propter rerum abundantiam) prolapsos fuisse: qui a **C**hrianijs comprehensi fuerunt interfecti sunt: et non modo in **A**sia: sed etiam in gallijs: cum ignominiose nimium viuerent: a **P**ilippo **F**ranco

lii9

Henricus. 4^o

rum rege concedente summo pontifice Romano exterminati sunt: eorumque bona opulentissima partim Rhodij militibus qui insulam pauloante occupauerant: et partim nouis religiosis tributa fuere.

Portus veneris oppidum nostro tempore non ignobile in ligurorum finibus non longe a Luna olim vrbe enersa in maris litore tempestate hac contra Pisanos a genuensi populo extruitur. et eiusdem populi colonia efficitur. Primo namque lune portus nomen accepit. Sed postmodum Genuerij episcopi sanctissimi viri corpore e luna illuc delato consecratus: portui veneris nomen dedit. In eius namque insule summo fastigio etiam veneris olim templum fuisse dicitur. Id enim terminus genuensium finium nunc habetur.

Templum maius genuensis urbis maritimae in honorem diui Laurentij martyris conditum hoc ipso anno a Gelasio pontifice maximo solenni pompa dedicatur. et multis privilegijs et indulgentijs maximis exornatur. Nam idem pontifex cum eo peruenisset: et sui discessus ab vrbe Romana rationem reddidisset: a genuensibus perbenigne exceptus est. Et propterea ipsemet uniuerso adstante populo eam basilicam dedicauit. ibidem cum indulgentijs cineres praecursoris domini et mirra nuper allatos condidit.

Calixtus secundus papa: riuensis archiepiscopus: natione Burgundus: Italia a cardinalibus qui ibi aderant Gelasio substitutus sedit annis .5. et men. io. hic ex regum Francie Anglie et Alemanie profapia oriundus fuit: et Guido antea vocatus: iuris civilis et sacre theologie doctor: qui non prius pontificatum acceptare voluit: quam cardinalium rome existentium clericorum et populi consensum obtinisset. Quo habito: Romam venit: et magno honore desiderioque exceptus. Beneuentum se statim transiit: sacramentorum nouo illarum prouinciarum principibus adactis et mario Gulielmo Rogerio genito Roberti Suiscardi filio Appulie duce. Indeque Romam rediens legatos ad Henricum imperatorem qui pace cum eo firmarent misit: atque rursus Beneuentum rediit. causa illius itineris fuit. Gulielmus Appulie et Calabriae dux: Alexij imperatoris greci filium ducturus uxorem: cum Constantinopolim nauigasset curam terrarum suarum huic pontifici reliquit. Cumque ibidem multos suorum amisisset et ipse tandem egrotus Romam relatus: ubi valitudine reintegrata. apud lateranum noningentorum patrum concilium celebravit: in qua decretum est militie supplementa et auxilia mitti: ne christiani qui in Asia erant capto Balduino opprimerentur: unde et venetos magna classe in hostes per mouit. In eamque classem ut Jacobus de voragine scribit Sentenses septuaginta onerarias naues misere. Quam ob rem Calixtus aliquid quietis ab externis rebus nactus: basilicas multas refecit: et urbis menia instaurauit: atque arces omnes munivit: necnon et aquam in urbem induxit: multaque donaria ecclesijs dimisit: tandem quoque de deo deque hominibus benemeritus: anno quinto decimoque mese pontificatus sui quiescit in domino.

Burdinus natione hispanus antipapa ab Henrico contra Gelasium creatus: cui Benedicto nomen datum fuerat: hoc anno pontificis nomen etiam contra Calixtum usurpare conatus: quorundam tyrannorum auxilio fretus Sutrii se coniteneat: et romanos incursionibus vexat: et peregrinos ad vrbes accedentes spoliat. Quo audito Calixtus repete copijs operis promisso cum expeditissimo exercitu Joanne Cremesi sancti Brisogoni presbytero cardinali: ipseque subsequens. Burdinum hostem vincunt: et Sutrii urbem capiunt. Ipsum quoque Burdinum retrosum facie versus cum cauda in manibus camelo impositus in triumphum spem Romam cum magno plebis ridiculo ducunt: quem pontifex vita donatum in monasterio inclusit: ubi etiam vitam finit.

Viri disciplinis excellentes.

Pontius cluniacensis abbas vir sanctitate et doctrina insignis his temporibus ob industriam et doctrinam Rome multo in precio fuit. Quamobrem et eius familiaritate pontifices sui temporis mirifice delectati sunt. Petrus et archiepiscopus constantinopolitanus per id ipsum tempus eruditione: fide: conversatione et moribus insignissimus fuit. Cui Calixtus papa propter beati Jacobi deuotionem archiepiscopatus dignitatem contulit. Et

Pada. 171

1120 6319

1121

Henricus. 4^o

Emeritanae provinciam ei subesse iussit. Hic cum beatissime virginis Marie de notissimus esset: nonnulla in eius laudem composuit. et potissimum Salve regina misericordie compilavit.

113

Berdardus etiam clareuallensis abbas. et ipse sua vita: suaque doctrina hec tempora feliciora reddidit: qui ex Castellione Burgundiorum oppido nobili genere ortus duxit: ubi cum vigesimo cum dimidio attigisset annum: vna cum triginta socijs (relicto domo) in cisterciensi monasterio religionis habitum suscepit. In quo breui spatio tanti precij ob factitatem maximam et doctrinam haberi ceptus est: ut Clareuallensis monasterij ab omnibus creatus sit abbas. Cui quidem loco maxima cum gloria per sex et triginta annos presuit. Qui preter laudabilem vitam: et sanctitatem maximam infra scripta ingenij sui reliquit monumenta. videlicet.

- De consideratione sui ipsius ad Eugenij papae li 5 Incipit Subijt animum.
 De canticis ca. milios similes li 83 incipit Nobis fratres De diligendo deo. li i Cuius ille.
 De precepto et dispensatione li 7 Quam mente De amore dei li i Ascenda.
 De gratia et libero arbitrio li i Loquere me. Meditationum li i Multi multa
 De duobus gradibus humilitatis li i Rogasti me. De regie familie li i Gratioso.
 De duodecim gradibus superbie li i Primus itaque
 De gradibus noue militie tepli li i Nouus militie
 De colloquio Symonis ad Iesum li i Dixit Symon Petrus
 Ad Innocentium papam contra hereses li i De contemptu
 Super Dissus est. Smel. 4. Dissus est angelus
 Super Qui habitat. Smel. 16. Considera laborem
 Exortatorium quoque de passione et resurrectione scripsit: ac varias epistolas numero 145. vnam potissimum ad genuenses qua eos carpit. Unde et in episcopum suum post Hyraldum episcopum sibi delegerunt. licet pontifex Calistus ob vniuersalis ecclesie bonum eis renuerit confirmare. Scripsit et preterea apologeticum: et sermones multos in solemnibus habitos.
- Ugo de sancto Victore canonicus regularis: ut multi affirmant parisiensium doctorum hac ipsa tempestate ibidem floruit. Qui preter sanctitatem de qua mira legitur: tum docendo: tum scribendo infra scripta post se reliquit opuscula. Et primo.
- | | | |
|----------------------------------|--|--|
| De sacramentis
duum perfectio | li i. Incipit Ar- | De. 3. voluntatibus in christo li i. Quen d' vo. |
| De medicina anime | li i. De microcos | De ptate et voluntate dei li i. Querit d' |
| De meditatione | li i. Meditatio e | De institutione nouitiorum li i. Quia fratres |
| De incarnatione vbi | li i. Quidam fuerunt | De disciplina monachorum li i. Disciplina e |
| De sapientia christi | li i. Querit d' aia | De amoris sponsi ad sponsam li i. Ibi mihi |
| De sba dilectionis | li i. Quotidianus | ad montem |
| De anima | li 7. Multi multa | De sacra scriptura et eius scripto- |
| De claustro anime | li 4. Rogasti nos | ribus li i. Rector e dinarum |
| De archa Noe | li 5. Principium ipsa. | Expositio dominice orationis ite- |
| Diastolon | li 6. Omnium ex- | rim li i. Inter oia que |
| petendarum | | Speculum eiusdem li i. De sacra. |
| De virtute orandi | li i. Quo audioz et | De quibus libris moysi li i. Sciendum qd |
| De archa Noe itez | li 2. Loquar de se. | De beniamin eiusdem. li i. Spual di. |
| De vanitate mundi | li 3. Omunde im- | Distertium ecclesie li i. Oportet vt |
| munde | | Sup cantica canticorum li i. In princi- |
| De laude caritatis | li i. Jam multos | picio laborum |
| De cantico virginis | li i. Maxima hac | Sup regula angustini li i. Hec precepta |
| De dominica oratione | li i. Septem sunt | Bestiarum eiusdem li i. Leo for. |
| De septem donis | li i. Scriptum est | Ezechielis expositio li i. Alia dine |
| De conscientia | li i. Som' hec in q | De differentia dine ac humane theologie |
| De volenti nubere | li i. Fumte | super celestem hierarchiam capitu- |
| Confessio eiusdem | li i. Sol' solitudie | la quindecim li i. Iudei signa |
| nobia. | Sermones quoque innumerabiles elegantes et doctos composuit. | Pythoma in phiām Incipit Sepe |

Honorius secundus papa natione Imoleſis Poſticiſis epiſ: Rabertus aſtea vocatus Calisto ſuffectus ſedit annis. 5. menſibus. 3. et diebus. 3. Qui etſi ob ſcuro loco natus: litteratura tamē et moribus tāto magiſtratu dignus fuit: Ingreſſū tamē nō eque bonū fuiſſe ferūt: quia quorundam aſtione poti⁹ q̄ oīz bonoz cōſenſu iniuſſe pōtifiſcatū. Et quidē pontifex effectus ſtatim cardiales quofdam inſignes viros creauit: quoz opera poſtea magnis in rebus uſus ē. Tādē vō cū pontifiſcatū recte per gn̄quienūz gubernaret: cūctis collachrymātibus morit. et in lateranēſi baſilica ſepelitur.

Huſielmus Rogerij ducis filius Apulie et Calabrie dux. hoc a Rogerio cōſobrino poſtqz regnaſſet ānis. 16. principatu deiciit. et apud Salernitanū principē ſine here dibus morit. et in eo oīs Roberti et Huſcardi familia p lineam maſculinā deſecit. Is Huſielmus Conſtātinopolim abiēs Alexij impatoris filiā in matrimoniu promiſſam ducturus: Calabriā et Apuliam puincias ſuas Calisto pontifici (vt diximus) cōmendauit. Sed Rogerius altero genituf Rogerio: ei⁹ ex materna linea cōſobrino Sicilie comes nihil pōtifiſcē veritus: Calabriā inuaſit. et prius dimidiāz cepit q̄ pōtifer de ſerēda ope potuerit cogitare. Ac ſic bon⁹ Huſielmus vxore fruſtratus: ac domino deiectus apud Salernitanū principē deniqz ſine filiis obiit.

Rogerius autem Sicilie et Apulie poſtea rex: qui (vt pſerf) tyrānice Apuliā et Calabriam a Huſielmo predicto abſtulit. hoc anno Huſielmo morte ſublato nō ſe vltra Apulie et Calabrie ducem: Sicilieqz comitem: ſed Italie regem appellare fecit. atqz eo in regno viginti tribus annis regnauit. Hūc Innocētius eius nois ſecū dus pontifex: cum in Salucio oppido acriter obſideret. Huſielmus ei⁹ fili⁹ Calabrie dux vnico liberauit prelio: atqz pontificē cū multis cardinalibus cepit: quē non ita multo poſt Rogerius hac modeſtia uſus: liberum eum eſſe voluit. Quam obcauſam deinceps quod voluit a pontifice hic facile obtinuit preter regni titulū. Verum cum poſtmodum Innocētius Roma pulſus eſſet: ab Anacleto adulteri no papa vtriuſqz Sicilie rex designatur. Qua ex re copiis et armis ac aninīs auctus: claſſe per Apbricam tranſiens: multas comprehēdit vrbes. et Tunefij reguū ſibi fecit tributarium. Inde in greciā traiciens: Cozycrā inſulam. Cozymbumqz Thebas: atqz Suboiā de Emanuelis imperio ſubſtulit. Belatuf quoqz Conſtātinopolim: ſuburbia eius vidēte imperatore incēdit. eiufdēqz imperatoris edes ali q̄ diu oppugnauit. Verū poſtea in Siciliam rediēs: in venetozū manus incidit. et ex ſuis triremibus ad viginti amiſit: ſalutemqz ſibi fuga queſiuit. Et tādē panoz mi moriēs: Huſielmum filium habuit ſucceſſorem.

Hyems aſperrima hoc anno fuit: in qua multa peccora: homineſqz frigoze periere: exuſtiſqz frugibus miſerabilis ſubſecuta eſt fames.

Venueſium victoria.

Venueſes Piſanis inſenſi: qui ſibi maris imperium ob naualis glorie potentiam vendicauerunt. hoc anno contra ipſos implacabile bellum ſuſceperunt. et octoginta triremium: triumqz maximarum nauium: aliozūqz triginta quinque lignozū maxima comparata claſſe Piſas uſqz perueniunt. Et per Arnū fluiū ingre die tes: terra: mariqz urbem oppugnantes: multas clades eiſdem intulere. Quamobrem Piſani iureriurando neceſſitate compulſi: Venueſium mandatis parere ſponſponderunt. Inde digreſſi Venueſes Plumbinum Piſanozū oppidū ceperunt. Quo funditus euerſo. viros ac mulieres omnes abduxere captiuos. Superiori etiam anno (Iacobo theologo referēte) genuēſes cum ſeptē triremibus vniuerſis mirātibus duas et viginti Piſanozū ſalcatas naues cū ſexaginta eozū tri remibus ceperant. et Venueſiam cū captiuis in triūphi modū perduxerant.

Henricus nonus germanozū imperator: hoc anno in demortui Henrici loco legitimis ſuffragijs ceſar creatus: imperauit annis. ii. Qui imperator factus: Innocētium papaz a Petro anti papa Roma pulſū in Lothoringiam gallie apud Leodium reperiit: a quo cum ſuis diſceſſus rationē audiſſet: hominē conſolatus eſt. et iureiurando ſpōdedit ſe illū tutū cū oib⁹ in vrbe re ducturū. Et cōfeſtim magno cōparato exercitu in Italiā cum pontifice veniēs

ii26 6325

ii26

ii27

ii28

ii28 6327

Lotharins

Romam ingreditur: et pontificē nullo contradicere in lateranum perduxit. miraq; felicitate omnia ad sanitatem cōfestim rededit. Cuius beneficio deuictus Innocentius ipm imperij corona exornauit. Qui mox in germaniā ad cōpescēdos Bohemorum motus redijt. Et bis quidē superatis iterum cum exercitu in Italiā repetijt: ac Romanorum seditiones suppressit. Rogerium Apulie inuafores breui Italia pepulit. licet postea negligentia pōtificum oīa recuperauerit. Sic autem Lotharius: multe prudētie ac clemētie princeps fuit qui i toto suo imperio nil gessit: quod merito reprehendi potuerit. Familiaritate quippe factorum virozum (et p̄sertim Bernardi abbatis) mirifice delectatus fuit. Qui tādē de deo: deq; hoibus benemeritis in patriam iter faciens Verone defecit.

papa. 173

638

1129

Innoctius eius nois secūsus papa natiōe Ro. patre Joāne de regione trāstyberim Bonozio surrogat⁹ sedit ānis. 14. mēsi bus. 8. et diebus. 8. hic pōtificatu suscepto statim in Rogerium Apulie regem mouet. A quo p⁹ dira vtriusq; prelia ipse pōtifex cum bis cardinalibus qui euz eo erāt captus fuit. Sed Rogerius reuerētia et modestia vsus: paulopost ipsum liberuz fecit. Et pontifex Romam rediēs: vbi Petrū Ro. ciuem antipapam creatū. et omnia seditiōib⁹ plena cerneret. resq; ipsas ad cedē multozū spectare videret: sponte cessit. Et prio quidē Pisas ad nauigauit. deinde Venūā: a quibus oibus piētissime et munificētissime susceptus in Frāciam tuto presidio perductus ē: vbi a beato Bernardo viro sanctissimo. et a cūctis principibus qui tum beatum Barnardum maxima veneratione prosequēbātur: qui apud Motem claruz eius rei gratia cōuenerant magnifice suscipitur. Eoq; loci celebrato concilio Petrū antipapam euz sectatoribus suis condēnauit. In belgis deinde altera synodo habita in italiā vna cum Lothario impatore redijt. Celebratoq; apud Placētiā cōcilio Pisas se contulit: quaz ciuitatē cū gemēsī populo iā pridem discidētē ad pacem tandem rededit. Hic gestis Lotharius cū magno exercitu vna cum pontifice urbem ingressus: nusq; apud parētē antipapa Innocentiū in lateranū perduxit. atq; ita factiosos. et Rogerium Sicilie regē ad sātātē rededit. Verū dū getura resp. chriāna putaret. Ecce romani contra pontificē cornua erigentes. Senatores more atiquo creauerē: qui rēpu. romanam: ditionemq; ad seculares ptinētē gubernarēt. Unde pōtifex vt et bis resisteret apud lateranū aliud conciliū habuit. et Gratiano testāte constitutionem edidit. ne quis laicus manū violentā mitteret in clericū: sicut hēmus in canōe. 17. q. 4. c. Si qd suadēte dyabolo. Adānauit itē in Remēsī synodo subdiaconibus: et supra sub beneficio priuatiōe continēter viuere: vt et legitur intra decreta. 18. di. c. Decernimus vt hi. vetuit preterea ne quis eps in ecclesiastico beneficio sibi successorē substitueret. 8. q. 1. c. Apostolica auctoritate. Tandem millesimo centesimo quadragēsimotertio defunctus apud lateranum sepelitur.

Petrus pollanus trigēsimus nonus venetorum dux eodem anno: quo et Innocēt⁹ bonozum omnium suffagis creatus ducavit annis. 18. Vir certe concilio et manu promptus: qui ex senatusconsulto Emanuēli grecorum imperatori contra Rogerium Sicilie regem admodum fauit. Quapropter instructa classe. Corynthū. Thebas. Enboyam. Corcyramq; insulas ex imperio grecorum ab ipso Rogerio rege occupatas ipse recepit. et viginti ipsius triremes vnico prelio debellauit ac submersit. Justinopolim quoq; urbem a Justino secundo conditam venetis acquisiuit. Tandem in classico bello magnanimus vir cecidit. et Venetias delatus in monasterio sancti Cypriani de Buriano sepultus fuit.

1130

Petrus romanus ciuis Petri quondā Leonis viri potētissimus filius hoc āno dū Innocētius pōtifex i bello captus eēt: a quibusdaz seditiosis antipapa creatur: et Anacletus appellat. Qui mox in pōtificatu intrusus: vt seditiosos quosq; alliceret: vniuersas vrbis basilicas thesauris expoliāuit. et a basilica Petri crucifixum aureū et coronas pendētes abstulit. Insuper cibozū qd sanctus Leo papa extruxerat destruxit. vnde tātā pecūiarū vim p̄flauit: vt facile largitiōib⁹ scelestissimum quēq; i suā sūtiāz traheret. vtz plātula quā non plātāuit celestis agricola cito eradicata ē. Quia Lothario supueniēte: ipm cū ei⁹ factiōe ad sanitatē rededit. verūm

in suo sensu obstinatus moritur: et occulte sepelitur. Cardinales autem eius statim ad misericordiam pontificis confugerunt.

Julio. 4. Hierosolymorum rex **Waldunus** pcedētis gener. et **Andeganēsi** comes. hoc eodem anno regnare cepit. et regnavit annis. ii. Sic vbi Hierosolymā et eius regnū auxilio et virtute duorum filiorum acerrime tutatus est. et inter cetera virtutis sue opera turcos agrum persicum incolentes persepe fudit. et non solum fudit: sed etiā ad tria milia eorum unico impetu interfecit. totidemq; cepit. Sic vero tandem: duz quadam vice leporem nimium concite insequeret: casu eg corruit. et mortuus ē.

Andonicus pcedētis Ludovici filius. hoc eodem anno prius in regnum francorum successit. et regnavit annis. 48. Qui regni sui quartodecimo vna cum **Cōrado Cesa-**re cum ingenti multitudine ad expugnationem terre sancte in subsidium christiana-
rum (quia ibidem sedulo ferebatur deficere) transiit. Verum cum per **Syriam** sine ordine sui pergeret: fame oppressi eodem anno demum rediit.

Archiepiscopatus genuesiu hic incipit.

Syrus genuesiu episcopus: hoc anno: vbi **Jacobus Theologus** scribit ex episcopo primus genuesiu archiepiscopus apud **Comertum** ab **Innocentio** constituitur tribus **Corfi-**ce insule episcopis cum **Bobiensi** et **Brumacēsi** atq; **Holēsi** illi pare iussis. seditq; idem vir doctus: et singularis virtutis presul postmodum annis. 20. In genuesiu maritimo bello prepotentes **Innocentium** eundem pontificem a **Petro** adulterino pontifice pulsum: vna cum **pisanis** et **Lothario** imperatore **Romam** e gallijs tute perduxerunt. et in sede cum pace restituerunt. Quo beneficio devictus pontifex prius inter genuesiu ipsos et **Pisanos** pace firmata genuesiu episcopum: qui **Mediolanē** si suberat archiepiscopum creavit.

Pisanis quoq; eodē loco et tēpore archiepiscopus dedit tribus alijs **Corfi-**ce episcopis: et populonēsi sibi submissis.

Salvo diurnus et estuans hoc anno tantā in cisalpina gallia siccitatem dedit: ut frugibus siccitate ericcatis miserabilis fames vbiq; sequeretur. Atq; ex eo multis locis terra fomite imixta maximo populorum terrore flammam emitteret. Unde non ita multo post lugubris et miseranda pestis in toto pene orbe subsecuta est. Ex qua **Celestinus secundus**: et **Ancius secundus** summi pontifices interiere.

Templi maius in hac nostra vrbe **Bergomi** in honore beate dei genitricis **Abarie** in medio vrbis foro iuxta cathedralem basilicam iudicabili prope tum impensatum artis elegantia ex lapidibus quadratis et sectis a cōcivibus nostris ob misericordiam ipsius dei genitricis (hoc estuanti tempore implozandam) hoc anno ceptum est. atq; inde per tempora eximia pulchritudine consumatum. Eo nāq; tempore: cunctis fame ac peste laborantibus: **Bergomenses** nostri fundato (ut ita dixerim) misericordie templo: etiam misericordie loca nonnulla ad elemosynas clam et aperte pauperibus erogandas extruxerunt: que vsq; in presens tanta cum religioe et pietate in vnu collecte excrevit: ut in tota italia eidē similis locus non inueniatur.

Virī doctrinis excellentes:

Baliardus natione gallus: philosophus peripateticus multarum scientiarum eruditissimus: vir his temporibus in gallijs floruit. Qui cum aliquando de fide nostra in quibusdam non recte sciret: **Ludouico** rege presente: quorundam episcoporum: abbatumq; congregata synodo rationibus evidentissimis victus: non modo sui erroris sententiam mutavit. verum etiam monasticam induit vitam. ac deinceps vna cum quibusdā discipulis in deserto loco sanctissime vixit.

Silbertus philosophus e **Britannia** oriundus: eo etiam tempore magno in precio habitus est: vir tante doctrine q; ob scientiarum varietatem illis in locis vniuersalis appellatus est.

Ricardus de sancto Victore monachus prestabilis doctrine vir et sine vlla dubitatione acutissimus disputator per hec quoq; tempora **Parisijs** clarissimus fuit: qui infra scripta grauitate et copiose composuit: opuscula. f.

ii3i

ii33

ii35

ii37

Lotharius

De trinitate pulchre li. 6 Incipit Si ad sublimiū. De spū blasse li. i. Que i euā?
De ptate ligadi z soluedi li. i. Quecūq; ligauis. De verbis apli li. i. Queri quo?
De dia pēci mōtal' z rēia li. i. Quā qōni tue. De statu homis li. i. De caput.
De ptate iudiciaria. li. i. In regeneratiōe. Sup Danielez. li. 3. Qd illud.
De duodecim p̄tarchis li. i. Benjamin ado. Hūit z smōes ad pplin elegātes

Cōradus suus

6338 ii39

Cōradus secūdus genere Suenus decimus germāoz impator Lotha-
rio successus: impauit ānis. 15. Qui primo Bauarie dux: z Henrici q̄r-
ti nepos princeps inclitus z clemēs fuit. hic a dino Barnardo abbate ad
hortatus in sarracenos crucē vna cū Ludouico frācorū rege z Alphōso Dispāie
ac Henrico Anglie regibus: aliisq; p̄cipibus sūpsit. Unde magno cruce signato
rum cōparato exercitu Cōstantinopolim peruenit: vbi ab Emanuele grecoz im-
peratore precibus cōpellit: vt nullo cōparato comeatu Iconiū oppidū optime ha-
bitarum statim duceret. polliceturq; se oīa que exercitui erāt necessaria p̄stiturus.
Obsessū est igif oppidū natura z artificio munitū. Sed cū scelestus impator greca
vsus infidelitate Sipsū farine imiscuisset: z ex ea re p̄is cōficere: quo christian⁹
exercitus alere: tot statim milites periere: vt obmissa obsidiōe in Thraciā secedere
oportuerit. Tādē hierusalē perueniēs: multa circa Pamascū gessit p̄elia. Cūq;
magnis conatib⁹ eā obsideret. z milites fame sitiq; laborarēt. nō sine p̄tūelia obfi-
dionē soluit. z dminutis varijs casib⁹ exercitib⁹ i europā cū Luduico fr̄uertit. Ac
sic Cōradus atēq; benedictionē imperialem recipere potuisset: e vita discessit.

ii40

Edessa Mesopotamie vrbs ab hebreis Arach vocata. hoc ipso āno ab Alaph tur-
co capit: vbi occisis oibus fidē Christi negare recusātib⁹: etiā nobiles matronas
super altari facti Joannis baptiste: quod sciebat a nostris precultum fuisse stupa-
nit. Sa vrbs Rages ad quā Thobiā filius suū Babello misisse (sacra Thobie bi-
storia tradit) quāq; Thadens apostol⁹ ad fidē Christi cōuertit. z in qua bti Tho-
me ossibus decorata Albagarus rex regnū obtinuit: qui. s. Abagarus datus ad Je-
sum eplis: scripta māu dei respōsa percipere meruit: que a tēpore euerisōis quattu-
or z quadraginta annis christianis paruerat.

ii41

Balduinus huius noīs tertius: quartus hierosolymoz rex: Fulco patre defuncto:
regno suscepto regnavit ānis. 24. hic Cōradi imperatoris expeditione auctus:
Acalonā diu a christianis obsessā vi cepit. Et Bazā antiquissimā vrbe penitus de-
relictā reedificauit. z fratribus tēplarijs ad inhabitandā cōcessit. Tanti quoq; ai-
z magnitudis fuit: vt etiā turcoz satrapas hiericontinos opprimētes aggredi au-
sus. Ex quib⁹ p̄lio superatis qnq; milia interfecit. Et deinde Poradinum Pa-
mascenozum militie p̄ncipem hierosolymozum agros infestantem magna clade
affectum vsq; in Pamasci menia persecutus fuit.

Papa. 174

6344 ii45

Celestinus secūdus papa: natione Tuscus ex sacre Felicitatis castro nat⁹
Guido ātea vocatus in Innocētij locū oīum cōsensu pontifex creat⁹ sedit
mēsibus. 5. hic beatus in hoc rātūmodo dici potest: q̄ nullis seditionib⁹
toto suo pontificatu vexatus fuerit. Propter hāc (vt arbitroz causam) quia vbiq;
peste laboratum est: ex qua etiam ipse mense quinto defecit. z in lateranēsi Basili-
ca sepultus fuit.

Papa. 175

6345 ii46

Licinus tertius papa: natione bononiēsis: patre Alberto post Celestinuz
sedit men. ii. z diebus. 4. hic tituli sacre crucis in hierusalē presbyter car-
dinalis fuit: quaz quidem basilicam ferme totam collapsam restituit. z in
toto pontificatu nil p̄termisit: quod ad expeditionē hierosolymitanam admoduz ne-
cessariam pertinebat. Verum z ipse peste absumptus in Basilica lateranēsi se-
pelitur.

Joannes de temporibus sic dictus (vt chronice tradunt) hoc eodem anno in gallijs
moritur: qui. 361. annis vixerat: quem Caroli magni armigerū fuisse ferūt.

Moneta genuensibus conceditur.

Genuenses hac tempestate cum ditione diuitijs ac gloria clari admodum haben-
tur a Conrado Cesare isto: signandi pecunias p̄uilegium obtinuerunt: cū ipsius
Conradi nota: q̄ nunc vsq; ad eos fideliter seruatum ē. Nam vsq; ad hoc tēpus

Coradus 68

(vt Jacobus ait) nisi papienti moneta et brunetis vsi fuerant.

Eugenius tertius papa natione Pisanus sancti Anastasii abbas: que beat⁹ Bernardus monachus fecerat: post Lucium pontifex electus sedit annis 8. mensibus. 7. et diebus. 20. Hic intelligens Romanorum conatus qui senatores suos confirmari oio volebat. Ad farsense monasterium noctu in Sabinos abiit: ibique consecratus statim Romam rediit: et molestas Romanos molestare cepit: qui pace petita magistratu se abdicarunt. Sed paulopost intelligens dolose contra eum agere Romanos: Tyberi delabatur. Que Romani non secus quam Helasium olim iniectis persecuti sunt. Ille autem Pisas et deinde in Franciam nauigauit: ubi repto Bernardo patre suo ad Ludovicum Francie regem se contulit: eumque cruce signauit. et multos cum eo in Turcos et Saracenos animauit. Inde Romam rediens a Romanis cum magno apparatu et eximia oium caritate exceptus est. Verum cum Tybur recreandi animi gratia concessisset: non ita multo post vita ibidem functus est. Romamque delatus in basilica beati Petri sepultus est.

Papa. 176

ii47 6346

Dominicus Dauroceno quadagesimus venetorum eo anno quo et Eugenius oium confesus creatus ducavit annis. 7. Hic verus: integerque ac aptus vir fuit: qui sine simulatione et fictione Christianam religionem quoad potuit intus et extra excoluit: atque classis subsidiaria in auxilium Christianorum in Asia misit. Bella. n. inuitus suscepit. Sed edificandi studio vehementem curam adhibuit. Quamobrem urbem Venetam maximis edificis sua et communi impensa exornauit. Et inter cetera sancti Marci turrim campanariam excitauit. et suo hortatu et exemplo hospitale in canali orphanni ripa edificatum fuit. Et licet in tanto fastigio collocatus eorum tamen litterarum studium intermisit. Moriens tandem apud sanctam crucem sepelitur.

Genueses hoc anno Eugenis pape hortatu centum et sexaginta trium lignorum classe contra Saracenos et Turcos qui crebris infestabant incursum: Christianos armauerunt: et una cum Barcinonensi in Armariam profecti Turcos et Barbaros hostili animo inuasere. confertoque cum eis prelio diu et acriter (maxima cum vtriusque cede) pugnatum est. Verum tandem Genueses superiores existentes ipsis Barbaris ingentem cladem intulere. Quo in prelio ad viginti hostium milia fuerunt interfecti. Ex vtroque vero sexu decem milia capta referuntur: quos omnes (vt Jacobus scribit) Genueses in triumphi modum perduxere. Aliud quoque simile facinus eodem ipso anno apud Tortosam urbem peregere. Unde Genueses eorum spolijs ditari: domum regressi ex ipsis spoliis manubijs multa donaria tum in auro: tum in argento eorum ecclesijs obtulere. Mozegia provincia hisdem quoque temporibus vinati predicatione Albanensis episcopi ad Christiani fidem conuertitur: ob cuius beneficium et virtutem postea Anastasio quarto defuncto: maximo omnium consensu pontifex creatus. Adrianus quartus appellatus est.

ii49

Viri disciplinis excellentes.

Gratianus sancti Proculi monachus: patria Etruscus tepestate ista apud Bononiam ob eius ingenij magnitudinem maximo in precio fuit. atque ibi decretorum librum composuit. Cuius principium est. Humanum genus duobus regitur. Quod quidem celebre opus Eugenius approbavit. et legendum publico gymnasia instituit. Eundem autem librum in tres partes diuisit: videlicet distinctiones: causas: et de consecrationibus. Primam autem partem in unam et centum particulas distinxit. Secundam in triginta sex causas. et tertiam de consecratione nuncupauit. eo quod ita incipit. Et hanc quoque in quinque distinctioes diuiserit. De quibus hi extant versus. Una cum centum distinctio sit tibi prima. Ac triginta sex cause sunt parte secunda. Huc finit et complet: dictio quina.

Petrus Lombardus ex Nouaria urbe (vt ferunt) oriundus Parisiensis episcopus per id quoque tempus apud Parisium inter doctos non solum etatis sue: sed priorum seculorum litteris ornatissimus. et bonitate vite: atque ingenij acumine clarissimus fuit. Qui quatuor sententiarum libros accurate docteqque scripsit. Cuius principium est. Cupiens aliquid de pecunia: Sed et psalterium et Pauli epistolam glossauit. Sermones quoque nonnullos doctos et elegantes ad populum habuit.

R

Conradus 68

Petrum preterea cognomēto Comestorē predictorum (nō carne) sed virtute fratrem ipsa eademq; tempestate in gallijs floruisse affirmat: q; vtriusq; testamēti historiam diligēter explanauit. Cuius principiū est. Imperatorie maiestatis. Alia etiam nō nulla edidit. Sed et versus quosdā in laudem beate virginis Marie cōposuit.

ii50

Auicēna quoq; hispalēsis medicus eminentissimi ingenij vir. De cuius vita nil certum ferme habetur his temporibus floruit. Quem Desue et Zoar medici Aboalim vocāt. hūc vulgo Bytbinie regem fuisse ferūt. et ab Aueroi venenatum dicit. Sed atēq; periret Aueroi interfecisse: hic excellentissime sufficiētē librum scripsit: in quo oēm logycam: oēmq; naturalē philosophiā multis libris complexus ē. De thapphysicā etiā accuratissime enucleauit. distinctiusq; pre ceteris et scientiis. Post oēs medicos in lingua arabica: cū reliquorum medicorum scripta vidisset: medicinā oēm in quinque libris descripsit in quibus se Galieni interpretem appellat. Scripsit et de viribus cordis. De Tyriacha. De diluuijs. Canticorum etiā librum edidit. De Alchimia ad Alsem philosophū. Insuper et liber quidam de colica ei ascribitur.

Auerois cognomēto cōmentator medicus et philosophus apud Cordubam hoc tempore: vt ex libro celi cōstat: floruit: quez quidē librum ipse cōposuit. Hic in oēs fere Aristotelis libros scripsit. et adeo excellenter: vt cōmentatoris cognomētus p̄meruit. Scripsit hic de substantia orbis. De sectis librumq; medicine collegit. atq; de Tyriacha: et de diluuijs: ac alia multa.

Zoar et medicus cognomēto sapiens: vt i quitodecimo tractatu sui Tyaseri caplo 3^o et in li^o: 2^o: 5^o: ipse testatus est his die quoq; temporibus fuisse. et cū Aboali i. Auicēna in carceribus fuisse meminit. hic Tasyru medicine librum ad quēdam regē dedit: atq; consilia quedam scripsit. Ficitq; se volumine amplissimo totam euoluisse medicinam.

Ricardus cluniacensis monachus disertissimus vir etate hac et ipse claruit: qui hystoriam horum temporum eleganti stilo conscripsit: quem multi scriptores plurimum laudant.

Papa. 177

6353

ii53

Anastasius quartus papa ex Benedicto ciue romāo natus: facti Ruffi viretrensē dyocesis abbas. Eugenio pōtifici successit: sedit āno vno: mēsi⁹ 4. et diebus. 24. vir quidē pietissimus: et multe misericordie insignis q; cū in tota ferme Europa fame et peste laboraret: clam et aperte largas pauperib; elemosinas etiam extra romanam urbem prebebat. Hic pontificatu adeptō mox calicē pulcherrimi operis pōdo marchaz. 20. et alia donaria lateranēsi basilice cōdonauit. Palatiū quoq; egregium apud factāz Mariā rotundā breni edificauit. Religiosis viris plurimū favit: eosq; priuilegijs: alijsq; gratijs communiuit. et q̄maxime Gulilmū eremitarū sancti Augustini olim aquitanie ducē sūma deuotiōe cōplexus ē: vt infra dicemus. Multa enim tū ad dignitatem ecclesie: tūq; ad ornatus urbis facere statuerat: nisi immatura morte prenētus fuisset. Tādē viam vniuerse carnis ingressus in lateranēsi basilica sepulchro prophético sepelitur.

Alphonsus hispanie rex eo ipso anno quo Anastasius pōtificatum inijt ab expeditione hierosolymitana rediēs statim emoritur. Et in eius loco factius natu maior successit. pauloq; post Ferdinandus frater qui in Arabia p christi nomine bellando interiit. Cui Alphonsus eius filius successit. Nec quantum quisq; eorum regnauerit compertus habemus.

Thomas cantuariensis archiepiscopus cum iura et ecclesiasticas dignitates: quas sibi publica potestas vsurpauerat resarcire et in statum publicum reuocare annixus fuisset: hoc āno (vt aiūt) post exilium: dāna: contumelias: et obprobria. post et parentū et amicorū prosc̄ptionem martyrio coronatus est. Quod quidē scelus ex coniuratione Henrici Anglorum regis factitatum affirmaretur. Ipse rex confestim se falso accusatum per oratores apud Alexandrum pontificem iuramento purgauit. Sed Alexander papa cognitīs crebris beati Thome miraculis: euz confestim in sanctorum numerum ascripsit.

Federic⁹ prim⁹

6352

ii53

Federicus primus cognomēto Barbarossa natiōe Sueuus vndecimus germanorum imperator: post Conradum germanus suum imperauit ānis 37.

Federic⁹ prim⁹
 Qui statim Lombardiam ingressus Verdonam urbem tunc insignem non obtemperantem aliquādiu obsedit. et tandem vi cepit et diripuit: qua spoliata magna celeritate Romam contendit. Ingressusque urbem salutato ex more Adriano pontifice ab eodem imperij corona apud Petri basilicam exornatur. Verum dum pontifex imperatorem coronare statuisset: ne quod tumultus excitaretur. Leonine portas claudi mandavit. Ex quo po. ro. indignatione commotus vi per Adriani pontic in vaticanum erupit. Imperatorisque familiam inuasit ac cecidit. In quos mox ultio facta est ab exercitu iperatozis: q in pratis Heronis castra habebat: multos eni romanorum cecidit: et captiuauit. Sed iperatoz lenitus precibus potificis: captiuos icolumes dimisit. Nec ita multo post: dum in germaniam rediret Cremonam obsedit: eamque multis icursioibus lacerauit. Abortuo deide Adriano pontifice: successori eius Alexadro admodum aduersari cepit. Unde et quattuor pontifices scismaticos contra eundem successine creare fecit: quorum seditionibus ecclesia Romana fere subuersa est. His iurijis per motus Alexander. Federicum huc et scismaticos oēs pontifices anathematis vinculo colligauit. Quamobrem Federicus omnem ecclesie ditionem pulso Alexadro occupauit. oemque fere cisalpinam vastauit. Sed dum in pontifice crudesceret. ac in cisalpina gallia nimis sene imperaret. Eualuagnus Mediolani tunc princeps: cuius urbem post evertit: adiuuātibus socijs ciuitatibus eius copias ita frequētibus prelijs attriuit: vt cum pontifice pacis federa libeter inire coactus sit. maxime quod Orbo eius filius a Sebastiano venetorum duce captiuus tenebatur. Quamobrem imperatoz Venetias ad Alexandrum pontificez venies deposito imperiali vestimento in ianuis basilice bti Marci populo spectante l. uni se prostrauit. et veniam suppliciter exposulauit. Qui suscepta penitētia: paceque inreirado firmata. et itegra obedientia promissa: absoluti onis beneficiuz promeruit. et ecclesie Ro. reconciliatus est. His ex sententia bene et optime gestis: Federicus magno exercitu comparato in Asiam expeditionem sumpsit. Et per Ungariam iter facies tandem Constantinopolim peruenit: vbi Isaac greci imperantez inuenit: qui Federici potentiam veritus traicere bosphorum hortatus est. Transmissis itaque copijs: Federicus et Philomenaz urbē de Turcis cap. t. et agrum Iconio adiacentem populatur. atque multa prelia et barbaro: um cedes strenue gerens Armeniam minorem in suam redegit potestatez. Verum dum lauandi causa rapidum amnem inexplorato igreditur: tandem in vndis submergitur. eiusque funus a filio reptum: Tyrus delatum: ibidem cum maxio luctu sepelitur. Post cuius mortem exercitus eius vna cum filio in antiochenum agrum delatus: partim morbo: partim fuga consumptus est. Suerat enim Federicus hic magnanimus: largus: strenuus: facundusque. ac in omnibus semper gloriozus. De cuius gestis etiam infra dicemus.

Vitalis Michael quadragesimus primus venetorum dux: Tomnico Mauroce no duci surrogatus ducavit annis. i. Dic tandem a populo super palee pontem anno etatis sue. 70. obrū: atus fuit: quod classem peste infectam in urbē introduxisset. Quo mortuo eius corpus apud sanctum Zacharia sepultū perhibet.

Eualuagnus Anglerie comes et Mediolanensium princeps vnicus Andree principis filius: hoc anno patri succedēs regnavit annis vigintiseptem: Qui ab parentis equitate minime exorbitauit: preter quod bellum pace semper carius habuit. Dixit enim nunquā se cursum acturum: nisi si aut in hostes rueret: aut fugientes insequeretur: quod bene patre mortuo ostendit: quia de nibilo quod de bello gerendo meditabatur. Unde primo suo congressu in laudenses mouit: papientes lacerauit. et Cremonenses pari mulcta affectit. Post contra Comenses qui predictis ciuitatibus presidia tulerant: properauit. eorumque ciuitatem perturbauit. Deinde congregato exercitu in Sulicinum Montisferrati principem duxit. Quem Casali obsidione conclusit. eo usque eum perduxit vt pre fame muli mures et herbe quas pecudes non gustāt ei pro tummis delitijs fuerint. Tandemque ne fame deficeret deditionem fecit: et eo eum omnibus capto pro seruis habuit. Contra Federicuz deinde imperatorem qui eum Mediolani obsederat multotiens dimicauit. Qui

ii 54

ii 55

R 2

Federicus prim^o

legiones persepe dissipauit. Et l3 pro vrbe cūseruāda multa incommoda z dāna atq3 vulnera in corpore suo pertulerit. nunq̄ tamē aio consternatus fuit. Post multas deniq3 cōcertationes iudeis (vt aiūt) ciuitatē prodentibus ingressi sūt germāi: vbi Cesar tātam exercuit crudelitatem: vt nō etati aut sexui pepercerit: sed oēs cedi z p seruis haberi mādauit. Ablateq3 fuerūt Mediolanēsiū opes succēse domus diruta menia. pregnātes disiecte: pueri saxis illisi: sacerdotes multi viuū diffossi sūt. Capta igit vrbe: soloz equata: Sualuagnus cū Joāne vrbis epō: ac multis vicecomitū familia captis in germaniā ad perpetuos carceres relegat. Hunc enim Sualuagnū captuz Federicus (vt aiūt) triduo ad modū canis sub mēsa tenuit. S3 hic multos post euolutos ānos fractis cōpedibus z custodibus interfectis in italiā sed rustico bitu redijt: vbi cōuocatis mediolanēsiū ciuibus adiūtūribus socij ciuitatibus ac grecoz impatore ab integro ciuitatē reposuit atq3 muniuit. Tāde3 anno salutis nostre. ii. s3: hic Sualuagnus inuictissimus p̄nceps cūctis eius filijs defunctis ex nimio dolore egritudine cōtracta die q̄nto quo egrotare cepit vitaz cū morte mutauit. Quo sine virili sobole defūcto Mediolanēses per senatum more populi Romāi se suaq3 rexere. atq3 ita per duos z quinquaginta ānos vsq3 ad Turianozum tyrānidem seruatum est.

Papa. i78

6355

tiss

Adrianus quartus papa: monachus gēre Anglicus Anastasio succedens: sedit ānis. 4. z mensib^o. 10. hic ab Eugenio tertio in Noruegiā cardinalis missus puincia illam christiānā effecerat. erat enī predicator egregius: q̄ suscepto māgratu minis z p̄cibus a romāis tētatus fuit: vt liberā vrbis admistratiōnem cōsulibus relinqueret: quod se facturū constātissime recusauit. Quā ob causam populus indignatus cardinalē vnuz multis vulneribus affecit. Unde pōtifex eos acerba execratiōe z interdico p̄secutus ē. Vidē fecit in Gulielmū Sicilie regem qui multas ecclie vrbes occuparat. Verū postea eum pōtifex in gratiā receptum oīa erata pepcit. Hic romanā ditionē nō parū auxit. z circa lacū sacte Crisistine milia castella mūiuit z p̄dia a comitib^o coemit. z Radicophanū oppidū muris turribusq3 inexpugnabilib^o cōmunuit: primusq3 pōtificū vrbe veterem inhabitauit quā ēt menib^o cultiorē reddidit: vbi aliquādo moratus Romā reuersus ē. Sed malignam consuluz conuersationem odio habens. Agriguanum petijt. ibiq3 moriēs corpus suum Romam delatum in beati Petri basilica sepelitur.

Gulielm^o Rogerij regis filius secūsus Sicilie z Appulie rex: hoc āno p̄i in regnū successit. z regnauit ānis. 12. alij aiūt. 15. regnasse dixerūt. Hic defūcto p̄re mox Beneuētana suburbia. Capellanūq3 ac Banchū in Pernicis de ecclesia occupat. pp qd̄ Adrian^o pōtifex eū graui anathemate notat. Sed paulopost Gulielm^o ubi intellexit Emanuelē grecoz impatore. 5. milia libraz auri pōtifici obtulisse z Gulielmū italiā fugatur: si tres maritimas Appulie ciuitates ei ex federe pmitteret. So audito statim Gulielmus ad misericordiā pōtificis recurrēs: ei oīa restituere promisit q̄ de ecclesia abstulerat. z vltra alia nōnulla oppida tradere: romāosq3 rebelles subigere: ac cū tēpore aux qd̄ grecus obtulerat psoluere: si absolutus in vtroq3 regno cōfirmaret. Que res pōtifici admodū placuit. Vex quidā cardinales auaritia ducti id bonū impedire. Gulielm^o aut indignatus mox cū paratissimo exercitu Appuliā ingressus (copijs grecoz z apulloy plio supatis) omnia vastare cepit. Quāobre Apuli z Salertini ei deditiōe fecere. Pōtifex vō cardinalibus indignatus: q̄ malū psiliū dedissent. Gulielmū ad se vocatū in grāz recepit: z vtroq3 regno eū inuestiuit: adhibito prius sacramto se nil deinceps moliturū qd̄ Romanam ecclesiam offenderet. Unde eo z deinceps singulis annis Appulie reges vctigal pontifici romano persoluere consueuerunt.

Gulielmū etiā eremitā ordinis nostri virū factissimum olim Aquitanie ducē. z Pictauiensū comitē p̄ hec quoq3 tēpora in gallia miraculis claruz fuisse constat. Hic a beato Bernardo a primeno sufficiēter edoctus: dū cūctis cellioz eēt morte3 sibi p̄oculis semp psituit: timēsq3 ne aliquādo morte subitanea raperet: sūptis seculi p̄opis. in eremū secessit vbi sub diui Augustini regula Lbri p̄fectus cepit eē discipulus. Qui q̄to altior fuerat in bonoz cacumine: tāto se hūilius subdidit sub cō

Federic⁹ prim⁹

ditoris sui regimine. Et sicut aëtea loricatorum barbaros et hostes, ppulsare consueverat. ita in deū cōuersus loricam super nudū induēs crebris orationibus, vigilijs, ieiunijs, disciplinisq; corpus suū affixit quibus armatus presidijs hostes spūales ac peccata colluctado superauit. Hęc ob rem cū plurimi nō modo seculares: sed et eiusdē ordīs eremite atq; alij priuati quibus vite eius fama nota fuerat: ad eū confluēbāt. bonūq; p̄em et doctorē: ordīsque instauratorē puo adhuc sub **L**igurio boni obseruabāt discipuli. Is cū videret **C**irciensem ordinem in gallijs modico tēpore mirū in modum auctū et maximo in p̄cio hitum suūq; eremitarū ordinem adeo in oibus labefactatum diruptūq; atq; vastatum vt nulla quasi religiōis factes in eo videretur. Collabētia videbat monasteria collapsa oratoria: defetos ortulos. Quid plura: laborātem oīum religiositatis caritate et inopia ordines offendit: nullum ferme religiōis indicium in eo videbat. Ordinis itaq; sui calamitate p̄ motus animū ad instaurandū ordinē componendosq; religiosorū suorum mores: ita adiecit vt breui cōualescēs ex multitudine religiosorū et monasteriorū a se restitutorum meliorē faciē ordo ipse eremitarum diui Augustini in gallijs p̄ se tulerit. Hanc ob rem ordo ipse ea in regione: cum non modo patres: vey et ordinis cōditore appellauit. Unde deiceps ordinis fides: non Augustini. sed **S**ulielmite vulgo appellauit. Dic. n. cōcessione Anastasij pontificis: ac **A**driani eius successoris: relicta **E**remo ciuitates incolere cepit. et primū monasteriū apud **P**arisii sub medicitatis titulo extruxit: q̄ etiā **C**artusienfis frater in suo fasciculo tēporum contestatus ē. Huius autē precipuus discipulus **A**lbertus gallus fuit: qui viuendi modū sua doctrina et vite factitate ordinem auxit et in fidē continuit. Dic sigdem **S**ulielmitarum titulus in gallijs vsq; ad **I**nnocētij quarti pontificis tēpore perseuerauit. Verū eo mādante posthabita eius denoiatione. et oibus diui Augustini **E**remitis ad ciuitates vbiq; accersitis idem pontifex **I**nnocentius oēs sub vno titulo eremitarum sancti Augustini appellari voluit. Erunt forte qui adurato iam calcibus tramite exorbitet et clamēt: quoniā temerarius religiosus sum: eo q̄ presumas hoc in loco dicere: quo multis incognita sūt: vt hūc ordinis eremitarū diui p̄is Augustini fratres fuisse dicere ausim. Sed si veterum pontificū ānales et scripta diligētī cura fecimus ipsi p̄legerint. **N**ec dubito quin cōperiant me hoc in loco. et vbiq; vera dixisse. Qui si religiosi sint: aut taceāt: et eos peniteat: aut certe p̄legāt cum inter alia crimen hoc minime deceat religiosum.

Heresis vuldensium seu pauper de **L**ugduno p̄ hoc ipm tēpus initiū sumpsit. Cuius quidē auctor quidā **Q**ualdo noie lugdunēsis ciuis fuit. Is cū diues admodū eēt relictis opibus suis: et pauperibus erogatis dyabolica ductus suasionē euāgelicā paupertatē omnimode seruare constituit. Unde et nonnullos vulgares libros cum quibusdā sanctorū dictis sibi conscribi procurauit: quas non sane intelligēs suo inflatus spū predicando apostolorum officium sibi vsurpare curauit. **C**ongregatisq; innumerabilib⁹ ferme discipulis multos errores disseminare cepit. platos ac clerum aspernando. **D**onitus vero respondit. **O**bedire oportet deo magis q̄ hominibus. Sed tandem veluti hereticus et contumax anathematis vinculo innodatus patria propellit. **Q**ue res facta est in laqueū magnum maximūq; scandallū simplicioribus viris. nec adhuc multis in locis ipsa eius fatuitas extincta ē.

Viri disciplinis excellētes.

Joannes carnotensis episcopus: vir doctrina et eloquentia clarissimus his temporibus in p̄cio existens librum de curialibus et philosophorū nugis cōposuit. **J**oannes etiam **D**esue filius medicus qui **D**esue fuit filius **D**anech filii **B**alifili **A**bdele regis **D**amasci: et ipse hisdem temporibus in medendis langoribus clarus existēs. **D**e medicinarum solutiuarum rectificacione librum scripsit. **A**liumq; **A**ntidotarij: quem appellauit: **E**rabadin edidit. **D**e curis quoq; morborum orsus est scribere. Sed cum a capite cepisset: scribens de morbis cordis interist. et manebat opus reliquit. verum an christianus fuerit ignotum est. **E**t licet tāq̄ fidelis et bonus domini appelleret: nusq̄ tamen **C**hristum nominat. **J**oachim abbas maxime doctrine et excellens ingenij vir: hac ipsa tēpestate apud

iis 8

iis 9

R 3

Federicus primus

Calabros clarus fuit qui prophético spū (vt aiūt) plenus existēs futura q̄si presentia discernit. Is aliquādo ab Orbone Augusto interrogatus qd sibi de expeditione sarracenoꝝ sperāduꝝ eēt: Respōdit nōdum ad eē tēpus quo Hierusalem recuperari possit. Itaq; ch̄ricolas nō valde p̄fecturos. Hic nōnullos in sacris codicib; edidit commentarios: et q̄maxime in Apocalipsim multa p̄dixit futura. Librum etiā cōtra Petrum lumbardum composuit: qui postea damnatus fuit: sic patet i principio decretalium.

Papa. 179

6359

1160

